

**D. IUSTINIANI**  
**DIGESTORUM SEU PANDECTARUM**  
**PARS SEPTIMA**

PARTE SÉPTIMA DEL DIGESTO

PANDECTAS DEL SEÑOR JUSTINIANO

**LIBER**  
**QUADRAGESIMUSQUINTUS**

TIT. I

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS  
[Cf. Cod. VIII. 38. (37.) 39. (38.)]

1. ULPIANUS libro XLVIII. (1) ad Sabinum. — Stipulatio non potest confici, nisi utroque loquente; et ideo neque mutus, neque surdus, neque infans stipulationem contrahere possunt, nec absens quidem, quoniam exaudire invicem debent. Si quis igitur ex his vult stipulari, per servum praesentem stipuletur, et acquirat ei ex stipulatu actionem. Item si quis obligari velit, iubeat, et erit Quod iussu obligatus.

§ 1.—Qui praesens interrogavit, si, antequam sibi responderetur, discessit, inutilem efficit stipulationem. Sin vero praesens interrogaverit, mox discessit, et reverso responsum est, obligat; intervallum enim medium (2) non vitiait obligationem.

§ 2.—Si quis ita interroget: «dabis?» responderit: «quidni?» et is utique in ea causa est, ut obligetur; contra si sine verbis annuisset. Non tantum autem (3) civiliter, sed nec naturaliter obligatur, qui ita annuit; et ideo recte dictum est, non obligari pro eo, nec fideiussorem quidem.

§ 3.—Si quis simpliciter interrogatus (4) responderit: «si illud factum erit, dabo», non obligari eum constat. Aut si ita interrogatus: «intra kalendas quintas?» responderit, «dabo idibus», aequo non obligatur; non enim sic respondit, ut interrogatus est. Et versa vice si interrogatus fuerit sub conditione, responderit pure, dicendum erit, eum non obligari. Quum adiciat aliquid, vel detrahit obligationi, semper probandum est, vitiatam esse obligationem, nisi stipulatori diversitas responsionis illico placuerit; tunc enim alia stipulatio contracta esse videtur.

§ 4. Si stipulanti mihi decem tu viginti respon-

(1) XVIII., Hal.  
(2) modicum, Vulg.

**LIBRO**  
**CUADRAGÉSIMO QUINTO**

TÍTULO I

DE LAS OBLIGACIONES VERBALES  
[Véase Cód. VIII. 38. (37.) 39. (38.)]

1. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVIII. — La estipulación no se puede hacer sino hablando una y otra parte; y por esto ni el mudo, ni el sordo, ni el que está en la infancia pueden contraer estipulación, ni tampoco el ausente, porque deben oír recíprocamente. Así, pues, si alguno de éstos quiere estipular, estipule por medio de un esclavo presente, y adquirirá para él la acción de lo estipulado. Asimismo, si alguno quisiera obligarse mande, y quedará obligado por cuanto mandó.

§ 1.—El que estando presente preguntó, si antes que se le respondiera se marchó, hace inútil la estipulación. Mas si estando presente preguntó, después se marchó, y, habiendo vuelto, se le respondió, obliga al otro; porque el intervalo intermedio no vició la obligación.

§ 2.—Si alguno preguntara así: «¿darás?» y el otro respondiere: «¿por qué no?» este se encontrará también en el caso de que quede obligado; al contrario, si hubiese asentido sin palabras. Pero no solamente no se obliga civilmente, sino tampoco naturalmente el que así asintió; y por esto se dijo con razón, que ni aun el fiador se obliga por él.

§ 3.—Si alguien, interrogado simplemente, hubiere respondido «daré, si se hubiere hecho aquello», consta que él no se obliga. O si interrogado así: «¿dentro del quinto día de las kalendas?» hubiere respondido: «daré en los idus», igualmente tampoco se obliga; porque no respondió como fué interrogado. Y viceversa, si hubiere sido interrogado bajo condición, y respondiere puramente, se habrá de decir que él no se obliga. Cuando se añade, ó se quita alguna cosa á la obligación, se ha de admitir siempre, que se vició la obligación, á no ser que al estipulante le hubiere complacido inmediatamente la diversidad de la respuesta; porque se considera que en este caso se celebró otra estipulación.

§ 4.—Si estipulando yo diez, tú me responderas

(3) enim non por autem, Hal.  
(4) sub conditione, inserta Hal.

deas, non esse contractam obligationem, nisi in decem, constat. Ex contrario quoque, si me viginti interrogante tu decem respondeas, obligatio nisi in decem non erit contracta; licet enim oportet congruere summam, attamen manifestissimum est, viginti et decem inesse.

§ 5.—Sed si mihi Pamphilum stipulanti tu Pamphilum et Stichum sponderis (1), Stichum adiectionem pro supervacuo habendam puto; nam si tot sunt stipulationes, quod corpora, duae sunt quodammodo stipulationes, una utilis, alia inutilis; neque vitiat utriusque per hanc inutilem.

§ 6.—Eadem, an alia lingua respondeatur, nihil interest; proinde si quis latine interrogaverit, respondeatur ei graece, dummodo congruenter respondeatur, obligatio constituta est. Idem per contrarium. Sed utrum hoc usque ad Graecum sermonem tantum protrahimus, an vero et ad alium, Poenum forte, vel Assyrium, vel cuius alterius linguae, dubitari potest? Et scriptura Sabini: sed et verum patitur, ut omnis sermo contineat verborum obligationem, ita tamen, ut uterque alterius linguam intelligat sive per se, sive per verum interpretem.

2. PAULUS libro XII. ad Sabinum (2).—Stipulationum quaedam in dando, quaedam in faciendo consistunt.

§ 1.—Et harum omnium quaedam partium praestationem recipiunt, veluti quum decem dari stipulamur; quaedam non recipiunt, ut in his, quae natura divisionem non admittunt, veluti quum viam, iter, actum stipulamur; quaedam partis quidem dationem (3) natura (4) recipiunt; sed nisi tota dantur, stipulationi satis non fit, veluti quum hominem generaliter stipulor, aut lancem, aut quodlibet (5) vas. Nam si Stichum pars soluta sit, nondum in ulla (6) parte stipulationis liberatio nata est, sed aut statim repeti potest, aut in pendenti est, donec alius detur. Eiusdem conditionis est haec stipulatio, «Stichum aut Pamphilum dari?»

§ 2.—Ex his igitur stipulationibus ne heredes quidem pro parte solvendo liberari possunt, quamdiu non eandem rem omnes dederint; non enim ex persona heredum conditio obligationis immutatur. Et ideo si divisionem res promissa non recipit, veluti via, heredes promissoris singuli in solidum tenentur. Sed quo casu unus ex heredibus solidum praestiterit, repetitionem (7) habebit a coherede familiae eriscundae iudicio. Ex quo quidem accidere Pomponius ait, ut et stipulatoris viae vel itineris heredes singuli in solidum habeant actionem; sed quidam hoc casu extinguere stipulationem putant, quia per singulos acquiri servitus non potest; sed non facit inutilem stipulationem difficultas praestationis.

§ 3.—Si tamen hominem stipulatus cum uno ex heredibus promissoris egero, pars duntaxat cete-

veinte, es sabido que no se contrajo obligación, sino por los diez. Y por el contrario, si preguntando yo por veinte, tú respondieras diez, no se habrá contraído la obligación, sino por los diez; porque aunque debe ser congruente la suma, es, sin embargo, evidentísimo que en los veinte están comprendidos también los diez.

§ 5.—Pero si á mí, que estipulaba el esclavo Pánfilo, tú me hubieras prometido Pánfilo y Stico, opino que ha de ser considerada superflua la adición de Stico; porque si hay tantas estipulaciones como objetos corpóreos, hay en cierto modo dos estipulaciones, una útil y otra inútil; y no se vicia la útil por la inútil.

§ 6.—Nada importa que se responda en la misma ó en otra lengua; por consiguiente, si alguno hubiere interrogado en latín, y se le respondiera en griego, se constituye la obligación, con tal que se responda congruentemente. Y lo mismo al contrario. Pero ¿extendemos esto solamente al lenguaje griego, ó se puede dudar si también á otro, por ejemplo, al Fenicio, ó al Asirio, ó á otra cualquiera lengua? Y tales son las palabras de Sabino: pero también consiente la verdad que todo lenguaje contenga obligación verbal, con tal que ambos entiendan la lengua del otro, ya por sí, ya por medio de intérprete veraz.

2. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XII.—Unas estipulaciones consisten en dar, y otras en hacer.

§ 1.—Y de todas éstas algunas admiten la prestación de parte, como cuando estipulamos que se den diez; otras no la admiten, como aquellas que por naturaleza no admiten división, como cuando estipulamos las servidumbres de vía, paso, ó conducción; algunas admiten ciertamente por naturaleza la dación de una parte; pero si no se da la totalidad, no se cumple la estipulación, como cuando en general estipulo un esclavo, ó un plato, ó un vaso. Porque si se hubiera entregado parte de Stico, aun no se habrá verificado en parte alguna la liberación de la estipulación, sino que ó se puede reclamar inmediatamente, ó está en suspenso hasta que se dé otro esclavo. De la misma condición es esta estipulación, «prometes que se dará Stico ó Pánfilo?»

§ 2.—Así, pues, ciertamente que ni los herederos se pueden librar de estas estipulaciones pagando una parte, mientras todos no hayan dado la misma cosa; porque la condición de la obligación no se altera por razón de la persona de los herederos. Y por esto, si la cosa prometida no admite división, por ejemplo, la servidumbre de vía, cada uno de los herederos del prometedor está obligado á la totalidad. Pero en el caso en que uno de los herederos hubiere entregado la totalidad, tendrá la repetición contra el coheredero en el juicio de partición de herencia. Por lo cual dice Pomponio que ciertamente acontece, que cada uno de los herederos del que estipula la servidumbre de vía ó la de paso tiene acción por la totalidad; pero algunos opinan que en este caso se extingue la estipulación, porque la servidumbre no puede ser adquirida por cada uno; mas la dificultad de la prestación no hace inútil la estipulación.

§ 3.—Mas si habiendo estipulado yo un esclavo ejercitare yo la acción contra uno solo de los here-

(1) responderis, Hal.  
(2) libro XXVII. ad Edictum. Hal.  
(3) praestationem, Vulg.  
(4) sui, insertan Hal. Vulg.

(5) aliud, inserta Vulg.  
(6) Taur. según la escritura original; nulla, la corrección del códice Fl., Br.  
(7) petitionem, Vulg.

rorum obligationi supererit, ut et solvi potest (1). Idemque est, si uni ex heredibus accepto latum sit.

§ 4.—Idemque est in ipso promissore et fideiusoribus eius, quod diximus in heredibus.

§ 5.—Item si in facto sit stipulatio, veluti si ita stipulatus fuero: «per te non fieri, neque per heredem tuum, quo minus mihi ire agere liceat?» et unus ex heredibus eius prohibuerit, tenentur quidem et coheredes eius, sed familiae eriscundae iudicio ab eo repetent, quod praestiterint; hoc et Iulianus et Pomponius probant.

§ 6.—Contra autem, si stipulator decesserit, qui stipulatus erat, sibi heredique suo (2) agere licere, et unus ex heredibus eius prohibeatur, interesse dicemus, utrum in solidum committatur stipulatio, an pro parte eius, qui prohibitus est; nam si poena stipulationi adiecta sit, in solidum committetur; sed qui non sunt prohibiti, doli mali exceptione summovebuntur; si vero (3) poena nulla posita sit, tunc pro parte eius tantum, qui prohibitus est, committetur stipulatio.

3. ULPIANUS libro XLIX. (4) ad Sabinum.—Idem iuris est et in illa stipulatione: «mihi heredique meo habere licere?»

§ 1.—Sed haec differentia illam habet rationem, quod, ubi unus ex heredibus prohibetur, non potest coheres ex stipulatu agere, cuius nihil interest, nisi poena subiecta sit; nam poena subiecta efficit, ut omnibus committatur, quia hic non quaerimus, cuius intersit. Enimvero ubi unus ex heredibus prohibet, omnes tenentur heredes, interest enim prohibiti, a nemine prohiberi.

4. PAULUS libro XII. ad Sabinum.—Eadem dicemus, et si dolum abesse a te, heredeque tuo stipulatus sim, et aut promissor, aut stipulator pluribus heredibus relictis decesserit.

§ 1.—Cato libro quinto decimo scribit, poena certae pecuniae promissa, si quid aliter factum sit, mortuo promissore si ex pluribus heredibus unus, contra quam cautum sit, fecerit, aut ab omnibus heredibus poenam committi pro portione hereditaria, aut ab uno pro portione sua. Ab omnibus, si id factum, de quo cautum est, individuum sit, veluti: «iter fieri», quia, quod in partes dividi non potest, ab omnibus quodammodo factum videretur. At si de eo cautum sit, quod divisionem recipiat, veluti: «amplius non agi», tum eum heredem, qui adversus ea fecit, pro portione sua solum poenam committere. Differentiae hanc esse rationem, quod in priore casu omnes commisisse videntur, quod nisi in solidum peccari non poterit, illam stipulationem (5), «per te non fieri, (6) quominus mihi ire agere liceat?» Sed videamus, ne non idem hic sit; sed magis idem quod in illa stipulatione, «Ti-

deros del que lo prometió, solamente quedará en la obligación la parte de los demás, de suerte que también se puede pagar. Lo mismo es, si á uno solo de los herederos se le hubiera dado por cumplido.

§ 4.—Lo mismo que hemos dicho respecto á los herederos, se dice en cuanto al prometedor y á los fiadores de éste.

§ 5.—Asimismo, si la estipulación consistiera en un hecho, como si yo hubiere estipulado así: «no se hará por tí, ni por tu heredero de modo que no me sea lícito pasar y conducir?» y uno solo de varios herederos lo hubiere prohibido, están obligados ciertamente también sus coherederos, pero repetirán de aquél con la acción de partición de herencia la prestación que hubieren hecho; y esto aprueban Juliano y Pomponio.

§ 6.—Mas al contrario, si hubiere fallecido el estipulante, que había estipulado que á él y á su heredero les fuera lícito conducir, y á uno solo de sus herederos se le prohibiera, diremos que interesa saber si se incurrirá en la estipulación por la totalidad, ó en cuanto á la parte de aquel á quien se le prohibió; porque si se hubiera agregado á la estipulación una pena, se incurrirá en ella en cuanto á la totalidad; pero aquellos á quienes no se les prohibió, serán repelidos con la excepción de dolo malo; mas si no se hubiera puesto ninguna pena, entonces se incurrirá en la estipulación solamente en cuanto á la parte de aquel á quien se le prohibió.

3. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLIX.*—El mismo derecho hay también en esta estipulación: «¿nos será lícito á mi y á mi heredero tener?»

§ 1.—Mas esta diferencia tiene este fundamento, que cuando á uno solo de los herederos se le prohibe, no puede ejercitar la acción de lo estipulado el coheredero, á quien nada le importa, sino si se hubiera añadido pena; porque la pena añadida hace que se incurra en ella respecto á todos, porque en este caso no investigamos á quién le importe. Porque cuando uno solo de los herederos prohibe, están obligados todos los herederos, pues le interesa al que se le prohibió que por nadie se le prohiba.

4. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XII.*—Lo mismo diremos, también si yo hubiera estipulado que ni por tí ni por tu heredero habría dolo, y hubiere fallecido el que prometió ó el que estipuló, habiendo dejado muchos herederos.

§ 1.—Escribe Catón en el libro décimo quinto, que habiéndose prometido la pena de cierta cantidad, si se hubiera hecho alguna cosa de otro modo, y habiendo fallecido el que la prometió, si uno de los muchos herederos hubiere obrado contra lo que se convino, ó se incurrirá por todos los herederos en la pena con arreglo á su porción de herencia, ó por uno solo con arreglo á su propia porción. Por todos, si el hecho, sobre que se convino, fuera indivisible, como «que se haga un camino», porque lo que no se puede dividir en partes se considera hecho en cierto modo por todos. Mas si se hubiera convenido sobre cosa que admita división, como «que no se conduzca ya más», entonces el heredero que obró en contra de esto incurrirá él solo en la pena con arreglo á su porción. La razón de la diferencia es esta, que se considera que en el primer caso, como no se podría incurrir en culpa sino jun-

(1) ut exsolvi possit, Hal. Vulg.

(2) ire, inserta Hal.

(3) Según corrección del códice Fl.; sive, Taur. según la escritura original, Br.

(4) XVIII., Hal.

(5) praestari non potuerit, ut in illa stipulatione, otros en Hal.

(6) neque per heredem tuum, inserta Vulg.

tium heredemque eius ratum habiturum?» (1) nam hac stipulatione et solus tenebitur, qui non habuerit ratum, et solus aget, a quo fuerit petatum; idque et Marcello videtur; quamvis ipse dominus pro parte ratum habere non potest.

§ 2.—Si is, qui duplam stipulatus est, decesserit pluribus heredibus relictis, unusquisque ob evictionem suae partis pro portione sua habebit actionem. Idemque est in stipulatione quoque fructuaria, et damni infecti, et ex operis novi nuntiatione; restitui tamen opus ex operis novi nuntiatione pro parte non potest. Haec utilitatis causa ex parte stipulatorum recepta sunt. Ipsi autem promissori pro parte neque restitutio, neque defensio contingere potest.

5. POMONIUS libro XXVI. ad Sabinum. — Stipulationum aliae iudiciales sunt, aliae praetoriae, aliae conventionales, aliae communes praetoriae, et iudiciales. Iudiciales sunt duntaxat, quae a mero iudicis officio proficiunt, veluti de dolo cautio; praetoriae, quae a mero Praetoris officio proficiunt, veluti damni infecti. Praetoriae autem stipulationes sic audiri oportet, ut in his contineantur etiam aediliciae; nam et haec ab iurisdictione veniunt. Conventionales sunt, quae ex conventionibus reorum fiunt, quarum totidem genera sunt, quot, paene dixerim, rerum contrahendarum; nam et ob ipsam verborum obligationem (2) fiunt, et pendent ex negotio contracto. Communes sunt stipulationes, veluti rem salvam fore pupilli; nam et Praetor iubet rem salvam fore pupillo caveri, et interdum iudex, si aliter expediri haec res non potest. Item duplae stipulatio venit ab iudice, aut ab aedilis Edicto.

§ 1.—Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve se, quod interrogatus est, responderit.

§ 2.—Satis acceptio est stipulatio, quae ita obligat promissorem, ut adpromissores (3) quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittunt.

§ 3.—Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere; nam quia id, quo quis contentus erat, ei praestabatur, satisfieri dictum est; et similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur, ut verbis obligarentur, satis accipi dictum est. Si sortem promiseris, et si ea soluta non esset, poenam, etiamsi unus ex heredibus tuis portionem suam ex sorte (4) solverit, nihilominus poenam committet, donec portio coheredis solvatur.

§ 4.—Idemque est de poena ex compromisso, si unus paruerit, alter non paruerit sententiae iudicis. Sed a coherede ei satisfieri debet; nec enim aliud in his stipulationibus sine iniuria stipulatoris constitui potest.

tamente, todos incurrieron en la estipulación, «¿no se hará por tí que no me sea lícito pasar y conducir?» Mas veamos si en este caso será lo mismo; pero más bien es lo mismo que en esta estipulación, «¿lo ratificarán Ticio y su heredero?» porque en esta estipulación estará sólo obligado el que no hubiere ratificado, y ejercerá la acción sólo aquel á quien se hubiere pedido; y esto le parece también á Marcello; aunque el mismo dueño no puede ratificar en parte.

§ 2.—Si el que estipuló el doble hubiere fallecido dejando muchos herederos, cada uno de ellos tendrá con arreglo á su porción acción por la evicción de su parte. Y lo mismo es también en cuanto á la estipulación por los frutos, y por daño que amenaza, y por denuncia de obra nueva; pero en virtud de la denuncia de obra nueva no se puede restituir en parte á su primitivo estado la obra. Esto se admitió por razón de utilidad por parte de los que estipulan. Mas al mismo que promete no le puede co-responder en parte ni la restitución, ni la defensa.

5. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXVI.* — Unas estipulaciones son judiciales, otras pretorias, otras convencionales, y otras comunes, pretorias y judiciales. Son judiciales solamente las que provienen de mero ministerio del juez, como la caución de dolo; pretorias, las que dimanar de mero ministerio del Pretor, como la de daño que amenaza. Mas conviene que las estipulaciones pretorias se entiendan de modo que en ellas se comprendan también las edilicias; porque también éstas dimanar de jurisdicción. Son convencionales las que se hacen por convención de los reos, de las que hay tantas especies, por decirlo así, como cosas que se contratan; porque se hacen por causa de la misma obligación verbal, y dependen del negocio contratado. Son comunes las estipulaciones, como la de que esté á salvo la cosa del pupilo; porque también el Pretor manda que se le dé caución al pupilo de que quedará á salvo su cosa, y á veces el juez, si de otro modo no se puede resolver este negocio. Asimismo, la estipulación del duplo proviene del juez, ó del Edicto del edil.

§ 1.—Mas la estipulación es una fórmula de palabras con las que el que es interrogado responde que dará ó hará aquello por que fué interrogado.

§ 2.—La satisfacción es una estipulación que obliga al que promete de suerte que se reciban también de él prometedores, esto es, personas que prometen lo mismo.

§ 3.—Mas se dijo recibir satisfacción del mismo modo que satisfacer; porque como se le daba á uno aquello con que estaba contento, se dijo que se le satisfacía; y del mismo modo, como aquéllos, con quienes uno se había de contentar, eran dados de modo que se obligaban verbalmente, se dijo que se recibía satisfacción. Si hubieres prometido el capital, y una pena, si aquél no hubiese sido pagado, aunque uno de tus herederos hubiere pagado su porción de capital, incurrirá, sin embargo, en la pena hasta que se pague la porción del coheredero.

§ 4.—Y lo mismo es en cuanto á la pena demandada de compromiso, si uno hubiere obedecido, y otro no, á la sentencia del juez. Pero se le debe dar satisfacción por el coheredero; porque en estas estipulaciones no se puede establecer otra cosa sin injuria del que estipula.

(1) Paulus respondit, non esse idem, inserta el código citado por Br.

(2) ipsae ex verborum obligatione, otros en Hal.

(3) expromissores, Vulg.

(4) parte, Vulg.

6. ULPIANUS (1) *libro I. ad Sabinum.* — Is, cui bonis interdictum est, stipulando sibi acquirit (2); tradere vero non potest, vel promittendo obligari; et ideo nec fideiussor pro eo intervenire poterit, sicut nec pro furioso.

7. IDEM (3) *libro VI. ad Sabinum.* — Impossibilis conditio, quum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat, aliter atque si talis conditio inseratur stipulationi, «si in coelum non ascenderit» (4); nam (5) utilis et praesens est, et pecuniam creditam continet.

8. PAULUS *libro II. ad Sabinum.* — In illa stipulatione: «si kalendis Sabinum non dederis, decem dare spondes?» mortuo homine quaeritur, an statim ante kalendas agi possit. Sabinus, Proculus, exspectandum diem actori (6) putant; quod est verius, tota enim obligatio sub conditione et in diem collata est; et licet ad conditionem committi videatur, dies tamen superest. Sed cum eo, qui ita promisit: «si intra kalendas digito coelum non tetigerit» (7), agi protinus potest; haec et Marcellus probat.

9. POMPONIUS *libro II. ad Sabinum.* — Si Titius et Seius separatim ita stipulati essent: «fundum illum si illi non dederis, mihi dare spondes?» finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur, et ideo occupantis fore actionem.

10. IDEM *libro III. ad Sabinum.* — Hoc iure utimur, ut ex hac stipulatione: «si Lucius Titius ante kalendas Maias in Italiam non venerit, decem dare spondes?» non ante peti quidquam possit, quam exploratum sit, ante eam diem in Italiam venire Titium non posse, neque venisse, sive vivo, sive mortuo id acciderit.

11. PAULUS *libro II. ad Sabinum.* — Filius dum in civitate est, si stipuletur, patri reverso ab hostibus videtur adquisivisse.

12. POMPONIUS *libro V. ad Sabinum.* — Si ita stipulatus fuero: «decem aut quinque dari spondes?» quinque debentur; et si ita: «kalendis Ianuariis, vel Februariis dari spondes?» perinde est, quasi quasi kalendis Februariis stipulatus sim.

13. ULPIANUS *libro XIX. ad Sabinum.* — Qui ante kalendas proximas stipuletur, similis est ei, qui kalendis stipulatur.

14. POMPONIUS *libro V. ad Sabinum.* — Si ita stipulatus essem abs te: «domum aedificari?» vel (8) heredem meum damnvero insulam aedificare, Celso placet, non ante agi posse ex ea causa, quam

6. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro I.* — Aquel á quien se le puso interdicción en los bienes, estipulando, adquiere para sí; mas no puede hacer entrega, ú obligarse prometiendo; y por lo tanto, no podrá intervenir fiador por él, así como tampoco por el furioso.

7. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro VI.* — La condición imposible, cuando se formula para hacer, obsta á las estipulaciones, al contrario que si tal condición se insertase en esta estipulación: «si no subiere al cielo»; porque es útil y de presente, y comprende el dinero prestado.

8. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro II.* — En esta estipulación: «si en las kalendas no hubieres entregado el esclavo Stico, ¿prometes dar diez?» fallecido el esclavo, se pregunta, si inmediatamente se podría ejercitar la acción antes de las kalendas. Sabinus y Próculo opinan, que el actor debe esperar al día; lo que es más verdadero, porque toda la obligación fué contraída bajo condición y á término; y aunque se considere que se incurrió en ella en cuanto á la condición, queda, sin embargo, el término. Mas se puede ejercitar desde luego la acción contra el que prometió de este modo: «si dentro de las kalendas no hubiere tocado con el dedo al cielo»; y esto aprueba también Marcelo.

9. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro II.* — Si Ticio y Seyo hubiesen estipulado por separado de este modo: «si no le hubieres dado á aquél este fundo, prometes dármelo?» el fin para dárselo al otro ha de ser hasta que se acepte el juicio, y por lo tanto la acción habrá de ser del ocupante.

10. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro III.* — Observamos este derecho, que en virtud de esta estipulación: «¿prometes dar diez, si Lucio Ticio no hubiere venido á Italia antes de las kalendas de Mayo?» no se puede pedir cosa alguna antes que se haya averiguado que Ticio no podía venir, ni vino, á Italia antes de aquél día, ya si esto aconteciere viviendo él, ya si habiendo muerto.

11. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro II.* — Se considera que mientras el hijo está en la ciudad adquirió, si estipulara, para su padre, que hubiese vuelto de los enemigos.

12. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.* — Si yo hubiere estipulado así: «¿prometes que se darán diez ó cinco?» se deben los cinco; y si de este modo: «¿prometes que se darán en las Kalendas de Enero, ó en las de Febrero?» es lo mismo que si yo hubiera estipulado para las kalendas de Febrero.

13. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XIX.* — El que estipula para antes de las próximas kalendas es semejante al que estipula por las kalendas.

14. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.* — Si yo hubiese estipulado de tí de este modo: «¿prometes que se edificará una casa?», ó yo hubiere condenado á mi heredero á edificar una casa, le pa-

(1) Iulianus, *Hal.*

(2) quia meliorem conditionem eius facere, inserta el códice citado por Br.

(3) Paulus, *Vulg.*

(4) ascenderit, *Hal.*; ascendero, los códices citados por Br.

(5) Taur. según la escritura original; hic, inserta la corrección del códice Fl., Br.

(6) actionis, *Hal.*

(7) tetigerim, *Hal.*

(8) Taur. según la escritura original; si, inserta la corrección del códice Fl., Br.

tempus praeteriisset, quo insula aedificari posset; nec fideiussores dati ante diem tenebuntur.

15. IDEM libro XXVII. ad Sabinum. — Et ideo haesitatur, si aliqua pars insulae facta sit, deinde incendio consumpta sit, an integrum tempus computandum sit rursus ad aedificandam insulam, an vero reliquum duntaxat expectandum, quod deerat. Et verius est, ut integrum ei detur.

16. IDEM libro VI. ad Sabinum. — Si Stichum aut Pamphilum mihi debeas, et alter ex iis meus factus sit ex aliqua causa, reliquum (1) debetur mihi a te.

§ 1.—Stipulatio huiusmodi: «in annos singulos», una est, et incerta, et perpetua, non quemadmodum simile legatum morte legatarii finiretur.

17. ULPIANUS (2) libro XXVIII. ad Sabinum.— Stipulatio non valet in rei promittendi arbitrium collata conditione.

18. POMPONIUS libro X. ad Sabinum. — Qui his idem promittit, ipso (3) iure amplius, quam semel non tenetur.

19. IDEM libro XV. ad Sabinum. — Si stipulatio facta fuerit: «si culpa tua divortium factum fuerit, dari?» nulla stipulatio est, quia contenti esse debemus poenis lege (4) comprehensis, nisi si et stipulatio tantundem habeat poenae, quanta lege sit comprehensa.

20. ULPIANUS libro XXXIV. ad Sabinum. — Huiusmodi stipulationes non sunt inutiles: «quod tibi Titius debet, quum debitor esse desierit, dare spondes?» nam valet stipulatio, quasi sub quavis alia conditione concepta.

21. POMPONIUS libro XV. ad Sabinum. — Si divortio facto ea, quae nihil in dote habeat, dotis nomine centum dari stipuletur, vel quae centum duntaxat habeat, ducenta dotis nomine dari stipuletur, Proculus ait, si ducenta stipuletur, quae centum habeat, sine dubio centum quidem in obligationem venire, alia autem centum actione de dote deberi; dicendum itaque est, etiamsi nihil sit in dote, centum tamen venire in stipulatione, sicuti quum filiae, vel matri, vel sorori, vel alii cuilibet dotis nomine legaretur, utile legatum esset.

22. PAULUS libro IX. ad Sabinum.— Si id, quod aurum putabam, quum aes esset, stipulatus de te fuero, teneberis mihi huius aeris nomine, quoniam in corpore consenserimus; sed ex doli mali clausula tecum agam, si sciens me fefelleris.

rece bien á Celso, que no se puede ejercitar acción por esta casa antes que haya transcurrido el tiempo en que se podría edificar la casa; y los fidejores dados no estarán obligados antes del plazo.

15. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XXVII.* — Y por esto, si se hubiera hecho alguna parte de la casa, y después hubiera sido consumida por un incendio, se duda si de nuevo se habrá de computar íntegro el tiempo para edificar la casa, ó si solamente se habrá de atender al resto que faltaba. Y es más verdadero que se le dé íntegro.

16. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro VI.* — Si me debieras el esclavo Stico, ó Panfilo, y uno de éstos hubiera sido hecho mío por alguna causa, se me debe por tí el otro.

§ 1.—Esta estipulación: «en cada año», es una, é incierta, y perpétua, y no se extinguirá á la manera que un legado semejante, con la muerte del legatario.

17. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXVIII.* — No es válida una estipulación habiéndose dejado la condición al arbitrio del deudor que promete.

18. POMONIO; *Comentarios á Sabino, libro X.* — El que promete dos veces la misma cosa no está obligado de derecho más que una sola vez.

19. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XV.* — Si se hubiere hecho esta estipulación: «¿prometes dar, si por tu culpa se hubiere hecho divorcio?» es nula la estipulación, porque debemos contentarnos con las penas comprendidas en la ley, á no ser que también la estipulación contenga tanta pena cuanta se halle comprendida en la ley.

20. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIV.* — No son inútiles las estipulaciones de esta naturaleza: «¿prometes dar lo que Ticio te debe, cuando haya dejado de ser deudor?» porque es válida la estipulación, como si hubiera sido formulada bajo otra condición cualquiera.

21. POMONIO; *Comentarios á Sabino libro XV.* — Si hecho el divorcio estipulara la que no tuviera nada en dote que se den ciento á título de dote, ó si la que tuviera solamente cien estipulara que se dieran á título de dote doscientos, dice Próculo, que si estipula doscientos la que tiene ciento, vienen sin duda comprendidos los ciento en la obligación, pero que los otros ciento son debidos por la acción de dote; y así se ha de decir, que aunque no haya nada en dote, vienen, sin embargo, comprendidos ciento en la estipulación, así como sería útil el legado cuando por razón de dote se le legase á la hija, ó á la madre, ó á la hermana, ó á otra persona cualquiera.

22. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IX.* — Si yo hubiere estipulado de tí lo que creía que era oro, siendo cobre, me quedarás obligado por razón de este cobre, puesto que consentimos respecto á la cosa corpórea; pero ejercitaré contra tí acción por la cláusula de dolo malo, si á sabiendas me hubieres engañado.

(1) reliquus, Vulg.

(2) Idem, Hal.

(3) La corrección del códice Fl.; ita eo por ipso, Taur. según la escritura original, Br.

(4) Los códices citados por Br.; legum, el códice Fl.

23. POMPONIUS *libro IX. ad Sabinum.* — Si ex legati causa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem eius tenearis mihi, quam si per te steterit, quominus vivo eo eum mihi dares; quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum.

24. PAULUS *libro IX. ad Sabinum.* — Sed si ex stipulatu Stichum debeat pupillus, non videbitur per eum mora fieri, ut mortuo eo teneatur, nisi si tutore auctore, aut solus tutor interpellatur.

25. POMPONIUS *libro XX. ad Sabinum.* — Si dari stipuler id, quod mihi iam ex stipulatu debeatur, cuius stipulationis nomine exceptione tutus sit promissor, obligabitur ex posteriore stipulatione, quia superior quasi nulla sit exceptione obstante.

26. ULPIANUS *libro XLII. ad Sabinum.* — Generaliter novimus, turpes stipulationes nullius esse momenti;

27. POMPONIUS *libro XXII. ad Sabinum.* — veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat. Sed et officio quoque Praetoris continetur, ex huiusmodi obligationibus actionem denegari.

§ 1.—Si stipulatus hoc modo fuero: «si intra biennium Capitolium non ascenderis, (1) dari?» non nisi praeterito biennio recte petam.

28. PAULUS (2) *libro X. ad Sabinum.* — Si rem tradi stipulamur, non intelligimur (3) proprietatem eius dari stipulatori, sed tantum tradi (4).

29. ULPIANUS *libro XLVI. ad Sabinum.* — Scire debemus, in stipulationibus tot esse stipulationes, quot summae sunt, totque esse stipulationes, quot species sunt. Secundum quod evenit, ut mixta una summa, vel specie, quae non fuit in praecedenti stipulatione, non fiat novatio; sed efficit, duas (5) esse stipulationes. Quamvis autem placuerit, tot esse stipulationes, quot summae, totque esse stipulationes, quot res, tamen si pecuniam quis, quae in conspectu (6) est, stipulatus sit, vel acervum pecuniae, non tot sint stipulationes, quot numerum corpora, sed una stipulatio; nam per singulos denarios singulas esse stipulationes, absurdum est. Stipulationem quoque legatorum constat unam esse, quamvis plura corpora sint, vel plura legata; sed et familiae, vel omnium servorum stipulatio una est; itemque quadrigae aut lecticariorum stipulatio una est; at si quis illud et illud stipulatus sit, tot stipulationes sunt, quot corpora.

§ 1.—Si a fure hominem sim stipulatus, quaesitum est, an stipulatio valeat. Movet quaestionem, quod stipulatus hominem plerumque (7) meum videor; non valet autem huiusmodi stipulatio, ubi

23. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro IX.* — Si por causa de legado, ó de lo estipulado me debieras cierto esclavo, después de su muerte no me estarás obligado de otro modo, sino si en tí hubiere consistido no dármele viviendo él; lo cual sucederá así, si habiéndotelo pedido no lo diste, ó lo mataste.

24. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro IX.* — Si por virtud de lo estipulado un pupilo debiera el esclavo Sticho, no se considerará que se incurre en mora por él, de modo que muerto aquél quede él obligado, á no ser que sea demandado con la auto-ridad del tutor, ó que sea demandado sólo el tutor.

25. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XX.* — Si yo estipulara lo que ya se me debía en virtud de estipulación, por razón de cuya estipulación el prometedor estuviera exento con excepción, se obligará en virtud de la estipulación posterior, porque la anterior será como nula por obstar la excepción.

26. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLII.* — Sabemos que en general son de ningún valor las estipulaciones torpes;

27. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro XXII.* — como si alguno prometiera que hará un homicidio, ó un sacrilegio. Mas también se comprende en el ministerio del Pretor denegar acción por tales obligaciones.

§ 1.—Si yo hubiere estipulado de este modo: «prometes dar, si dentro de un bienio no hubieres subido al Capitolio?» no pediré con derecho sino transcurrido el bienio.

28. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro X.* — Si estipulamos que se entregue una cosa, no entendemos que se le dé su propiedad al estipulante, sino solamente que se le entregue.

29. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLVI.* — Debemos saber, que en las estipulaciones hay tantas estipulaciones cuantas son las sumas, y que hay tantas estipulaciones cuantas son las especies. Según lo que acontece, que, mezclada una suma ó una especie, que no estuvo comprendida en la estipulación anterior, no se hace novación; sino que esto hace que haya dos estipulaciones. Mas aunque se haya establecido que sean tantas las estipulaciones como sumas, y que sean tantas las estipulaciones como cosas, sin embargo, si alguno hubiera estipulado el dinero, que está á la vista, ó un montón de dinero, no hay tantas estipulaciones, como monedas, sino una sola estipulación; porque es absurdo que haya una estipulación por cada moneda. Es sabido que también es una sola la estipulación de los legados, aunque sean muchos los objetos corpóreos, ó muchos los legados; mas también es una sola la estipulación de la familia, ó de todos los esclavos; asimismo es una sola la estipulación de una cuádriga ó de los esclavos de litera; mas si alguno hubiera estipulado una y otra cosa, hay tantas estipulaciones, como entidades corpóreas.

§ 1.—Si de un ladrón hubiera yo estipulado un esclavo, se preguntó si será válida la estipulación. Promueve la cuestión, que de ordinario se considera que estipulé un esclavo mío; mas no es válida la

(1) centum, inserta Vulg.  
(2) Pomponius, Hal.  
(3) intelligimus, Hal. Vulg.  
(4) rem, inserta Hal.

(5) diversas, otros en Hal.  
(6) alius, inserta Hal. Vulg.  
(7) plerumque, omitenta Hal. Vulg.

quis rem suam stipulatus est; et constat, si quidem ita stipulatus sim: «quod ex causa conditionis dare facere oportet?» stipulationem valere; si vero hominem dari stipulatus fuero, nullius momenti esse stipulationem; quodsi postea sine mora decessisse proponatur servus, non (1) teneri furem conditione, Marcellus ait; quamdiu enim vivit, condici poterit, at si decessisse proponatur, in ea conditione est, ut evanescat conditio propter stipulationem.

**30. IDEM libro XLVII. ad Sabinum.** — Scien- dum est generaliter, quodsi quis se scripserit fidei- iussisse, videri omnia solemniter acta.

**31. POMPONIUS libro XXIV. ad Sabinum.** — Si rem meam sub conditione stipuler, utilis est stipu- latio, si conditionis existentis tempore mea non sit.

**32. ULPIANUS libro XLVII. ad Sabinum.** — Si in nomine servi, quem stipularemur dari, erratum fuisset, quum de corpore constitisset, placet stipu- lationem valere.

**33. POMPONIUS libro XXV. ad Sabinum.** — Si Stichus certo die dari promissus ante diem moria- tur, non tenetur promissor.

**34. ULPIANUS libro XLVIII. ad Sabinum.** — Multum interest, utrum ego stipuler rem, cuius commercium habere non possum, an quis promit- tat. Si stipuler rem, cuius commercium non habeo, inutilem esse stipulationem placet; si quis pro- mittat, cuius non commercium habet, ipsi nocere, non mihi.

**35. PAULUS libro XII. ad Sabinum.** — Si stipu- lor, ut id fiat, quod natura fieri non concedit, non magis obligatio consistit, quam quum stipulor, ut detur, quod dari non potest, nisi per quem stetit, quominus facere id possit.

§ 1.—Item quod leges fieri prohibent, si perpe- tuam causam (2) servaturum est, cessat obligatio, veluti si sororem nupturam sibi aliquis stipuletur; quamquam etiam si non sit perpetua causa, ut re- cidit (3) in sorore adoptiva, idem dicendum sit, quia statim contra mores sit (4).

§ 2.—Si in locando, conducendo, vendendo, emendo ad interrogationem quis non responderit, si tamen consentitur in id, quod responsum est, valet quod actum est, quia hi contractus non tam verbis, quam consensu confirmantur.

**36. ULPIANUS libro XLVIII. ad Sabinum.** — Si quis, quum aliter eum convenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est, erit quidem sub- tilitati iuris obstrictus, sed doli exceptione uti pot- est; quia enim per dolum obligatus est, competit

estipulación en la que alguien estipuló una cosa suya propia; y es sabido, que, si verdaderamente yo hubiera estipulado así: «¿prometes lo que se debe dar ó hacer por causa de condición?» es válida la estipulación; pero si yo hubiere estipulado que se me dé el esclavo, la estipulación es de ningún va- lor; mas si se expusiera que después falleció el es- clavo sin haberse incurrido en mora, dice Marcelo, que no está obligado por la condición el ladrón; porque mientras vive podrá ser reclamado por la condición, pero si se dijera que falleció, está en el caso de que se extinga la condición por virtud de la estipulación.

**30. EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XLVII.** — Se ha de saber en general, que si alguno escri- bió que él había sido fiador, se considera que todo se hizo con solemnidad.

**31. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.** — Si bajo condición yo estipulara una cosa mía, es útil la estipulación, si no fuera mía al tiempo de cumplirse la condición.

**32. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVII.** — Si se hubiese padecido error en cuanto al nom- bre del esclavo que estipulamos que se diera, está determinado, que, cuando hubiese certidumbre res- pecto al individuo, sea válida la estipulación.

**33. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXV.** — Si, habiéndose prometido que Stico sería dado en cierto día, falleciera antes del día, no queda obli- gado el prometedor.

**34. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVIII.** — Hay mucha diferencia, si yo estipulara una cosa, cuyo comercio no puedo tener, ó si alguno la pro- metiera. Si yo estipulara una cosa, cuyo comercio no tengo, está determinado que es inútil la estipu- lación; y que, si alguno prometiera aquella cuyo co- mercio no tiene, esto le perjudica á él y no á mí.

**35. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XII.** — Si estipulo que se haga lo que la naturaleza no per- mite que se haga, no existe la obligación, no de otra suerte que cuando estipulo que se dé lo que no se puede dar, á no ser que en alguien consista que esto no se pueda hacer.

§ 1.—Asimismo, respecto á lo que las leyes pro- hiben que se haga, si esto ha de guardar perpétua causa de prohibición, deja de haber obligación, como si alguno estipulara que su hermana se hu- biera de casar con él; porque aunque no sea perpé- tua la causa, como acontece en cuanto á la herma- na adoptiva, se ha de decir lo mismo, porque es desde luego contra las buenas costumbres.

§ 2.—Si al dar ó al tomar en arrendamiento, ó al vender ó comprar alguno no hubiere respondido á la pregunta, si, no obstante, se consiente en lo que se respondió, es válido lo que se hizo, porque estos contratos se confirman no tanto con palabras, sino por el consentimiento.

**36. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVIII.** — Si alguno, habiendo convenido obligarse de un modo, se obligó de otro por ardid, quedará cierta- mente obligado por rigor del derecho, pero pue- de utilizar la excepción de dolo; porque como se

(1) non, omitela et odioso citado por Geb.

(2) prohibitionis, inserta Vulg.

(3) accidit, Hal.

(4) fit, Hal.

ei exceptio. Idem est, et si nullus dolus intercessit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet; quum enim quis petat ex ea stipulatione, hoc ipso (1) dolo facit, quod petit.

**37. PAULUS libro XII. ad Sabinum.** — Si certos numos, puta qui in arca sint, stipulatus sim, et hi sine culpa promissoris perierint, nihil nobis debetur.

**38. ULPIANUS libro XLIX. ad Sabinum.**—Stipulatio ista: «habere licere spondes?» hoc continet, ut liceat habere, nec per quemquam omnino fieri (2), quominus nobis habere liceat; quae res facit, ut videatur reus promississe, per omnes futurum, ut tibi habere liceat; videtur igitur alienum factum promississe; nemo autem alienum factum promittendo obligatur; et ita utimur; sed (3) se obligat, ne ipse faciat, quominus habere liceat; obligatur etiam, ne heres suus faciat, vel quis ceterorum successorum efficiat, ne habere liceat.

§ 1.—Sed si quis promittat, per alium non fieri praeter heredem suum, dicendum est, inutiliter eum promittere factum alienum.

§ 2.—At si quis velit factum alienum promittere, poenam, vel quanti ea res sit, potest promittere. Sed quatenus habere licere videbitur? Si nemo controversiam faciat, hoc est neque ipse reus, neque heredes eius, heredumve successores.

§ 3.—Si quis forte non de proprietate, sed de possessione nuda controversiam fecerit, vel de usufructu, vel de usu, vel de quo alio iure eius, quod distractum est, palam est, committi stipulationem; habere enim non licet ei, cui aliquid minuitur ex iure, quod habuit.

§ 4.—Quaesitum est, utrum propriam demum rem, an et alienam promittere possit habere licere. Et magis est, ut et alienam promitti possit; quae res ita effectum habebit, si propria esse promissoris coeperit; quare si perseveraverit aliena, dicendum erit, stipulationem non committi, nisi poena adiecta sit, quum neque per eum, neque per successorem eius quidquam factum sit.

§ 5.—Sicut autem ex parte rei successores eius cum ipso tenentur, ita etiam ex parte actoris (4) committitur stipulatio ipsi stipulatori ceterisque, quicumque ei succedunt, scilicet si rem ipsi (5) habere non licuerit; ceterum si alii habere non licuit, certo certius est, non committi stipulationem. Et nihil intererit, utrum ita stipuler: «habere licere», an: «mihi habere licere».

§ 6.—Hi, qui sunt in aliena potestate, his, in quorum sunt potestate, habere licere stipulari possunt ea ratione, qua cetera quoque his possunt stipulari. Sed si servus fuerit stipulatus sibi habere, quaesitum est, an recte stipulatus videatur. Et ait Iulianus libro quinquagesimo (6) secundo Digestorum, si servus stipuletur sibi habere licere, aut per se non fieri, quominus habere stipulatori liceat, promittat, stipulatio, inquit, non committitur, quam-

obligó por dolo, le compete la excepción. Lo mismo es, también si no medió dolo alguno del estipulante, sino que la misma cosa contiene en sí dolo; porque cuando uno pide en virtud de esta estipulación, obra con dolo por lo mismo que pide.

**37. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XII.** — Si yo estipulara ciertas monedas, por ejemplo, las que están en una caja, y se hubieren perdido sin culpa del prometedor, no se nos debe nada.

**38. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLIX.** — Esta estipulación: «¿prometes que sea lícito tener?» contiene esto, que sea lícito tener, y que absolutamente por nadie se haga que no nos sea lícito tener; lo cual hace que se considere que el reo prometió que por todos se habrá de hacer que te sea lícito tener; así, pues, parece que prometió un hecho ajeno; mas nadie se obliga promitiendo hecho ajeno; y así lo observamos; pero se obliga á no hacer él mismo que no me sea lícito tener; se obliga también á que su heredero no haga, ó á que alguno de sus demás sucesores no haga, que no sea lícito tener.

§ 1.—Pero si alguno prometiera que no se hará por otro excepto su heredero, se ha de decir, que inútilmente promete él un hecho ajeno.

§ 2.—Mas si alguno quisiera prometer un hecho ajeno, puede prometer una pena, ó cuanto importar la cosa. Pero cómo se considerará que es lícito tener? Si nadie promoviera controversia, esto es, ni el mismo reo, ni sus herederos, ó los sucesores de los herederos.

§ 3.—Mas si acaso alguno promoviera controversia no sobre la propiedad, sino sobre la nuda posesión ó sobre el usufructo, ó sobre el uso, ó sobre otro cualquier derecho de lo que se enajenó, es evidente que se incurre en la estipulación; porque no le es lícito tener á aquel á quien se le disminuye algo del derecho que tuvo.

§ 4.—Se preguntó, si se podrá prometer que sea lícito tener solamente una cosa propia, ó si también otra ajena. Y es más cierto, que se puede prometer también la ajena; lo cual tendrá efecto de este modo, si hubiere comenzado á ser propia del prometedor; por lo cual, si continuare siendo ajena, se habrá de decir que no se verifica la estipulación, á no ser que se hubiera agregado una pena para cuando no se hubiera hecho cosa alguna ni por él, ni por su sucesor.

§ 5.—Mas así como por la parte del reo están obligados con él mismo sus sucesores, así también por la parte del actor tiene efecto la estipulación para el mismo estipulante y para los demás, que le suceden, por supuesto, si á él mismo no le fuera lícito tener la cosa; pero si no le fué lícito á otro tenerla, es más que cierto que no tiene efecto la estipulación. Y nada importará que yo estipule así: «que sea lícito tener», ó «que me sea lícito tener.»

§ 6.—Los que están bajo potestad ajena pueden estipular que les sea lícito tener á aquellos bajo cuya potestad están, por la misma razón por la que pueden estipular para ellos las demás cosas. Mas si un esclavo hubiere estipulado que le sea lícito tener para sí, se preguntó, si se considera que estipuló rectamente. Y dice Juliano en el libro quincuagesimo segundo del Digesto, que si un esclavo estipulara que le sea lícito tener para sí, ó prome-

(1) *Hal. Vulg.*; *ipse, el códice Fl.*

(2) *fiat, Hal.*

(3) *si, inserta Vulg.*

(4) *Taur.*; *auctoris, el códice Fl., Br.*

(5) *ipsis, Vulg.*

(6) *quingagesimo, omitida Vulg.*

vis auferri res ei, et ipse auferre eandem possit; non enim factum, sed ius in hac stipulatione vertitur. Quum vero stipulatur, per promissorem non fieri, quominus sibi ire agere liceat, non ius stipulationis, inquit, sed factum versatur. Sed videtur mihi, licet iuris verba contineat haec stipulatio: «habere licere», tamen sic esse accipiendam, ut in servo et in filiofamilias videatur actum esse de possessione retinenda, aut non auferenda, et vires habeat stipulatio.

§ 7.—Haec quoque stipulatio: «possidere mihi licere spondes? utilis est; quam stipulationem servus an possit utiliter in suam personam concipere, videamus. Sed quamvis civili iure servus non possideat, tamen ad possessionem naturalem hoc referendum est; et ideo dubitari non oportet, quin et servus recte ita stipuletur.

§ 8.—Plane si tenere sibi licere stipulatus sit servus, utilem esse stipulationem convenit; licet enim possidere civiliter non possint, tenere tamen eos nemo dubitat.

§ 9.—«Habere» dupliciter accipitur; nam et eum habere dicimus, qui rei dominus est, et eum, qui dominus quidem non est, sed tenet; denique habere rem apud nos depositam solemus dicere.

§ 10.—Si quis ita stipulatus fuerit: «uti frui sibi licere», ad heredem ista stipulatio non pertinet.

§ 11.—Sed etsi non addiderit «sibi», non puto stipulationem de usufructu ad heredem transire; eoque iure utimur.

§ 12.—Sed si quis «uti frui licere sibi heredique suo», stipulatus sit, videamus, an heres ex stipulatu agere possit. Et putem, posse, licet diversi sint fructus; nam et si ire agere stipuletur sibi heredique suo licere, idem probaverimus.

§ 13.—Si quis dolum malum promissoris heredisque eius abesse velit, sufficere (1): «abesse, abfuturumque esse», stipulari; si vero de plurium dolo cavere velit, necessarium esse adiici, «cui rei dolus malus non abest, non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari spondes?»

§ 14.—Suae personae adiungere quis heredis personam potest.

§ 15.—Sed et adoptivi patris persona coniungi poterit.

§ 16.—Inter incertam certamque diem discrimen esse, ex eo quoque apparet, quod certa die promissum vel statim dari potest; totum enim medium tempus ad solvendum liberum promissori relinquitur; et (2) qui promisit: «si aliquid factum sit», vel «quum aliquid factum sit», nisi quum id factum fuerit, dederit, non videbitur fecisse, quod promisit.

§ 17.—Alteri stipulari nemo potest, praeterquam si servus domino, filius patri stipuletur; inventae sunt enim huiusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi acquirat, quo (3) sua interest; cete-

tiera que por él no se haría que al estipulante no le fuera lícito tener, la estipulación, dice, no tiene efecto, aunque á él se le pueda quitar la cosa, y él mismo pueda quitarla; porque en esta estipulación no se trata de algún hecho, sino de un derecho. Mas cuando estipula que por el prometedor no se hará que á él no le sea lícito pasar y conducir, no se trata, dice, del derecho de estipulación, sino de un hecho. Pero á mí me parece, que, aunque esta estipulación «sea lícito tener» contenga palabras de derecho, ha de ser entendida, sin embargo, de modo que en cuanto al esclavo y al hijo de familias se considere que se trató de «retener la posesión, ó de que no fuera quitada, y que tiene fuerza la estipulación.

§ 7.—También es útil esta estipulación: «prometes que me sea lícito poseer?»; cuya estipulación veamos si podrá formularla lútilmente el esclavo para su propia persona. Mas aunque por derecho civil no posea el esclavo, sin embargo, esto se ha de referir á la posesión natural; y por lo tanto, no se debe dudar que también el esclavo estipula así rectamente.

§ 8.—Mas si el esclavo hubiera estipulado que á él le sea lícito tener, se convino que sea útil la estipulación; porque aunque no puedan poseer civilmente, nadie, sin embargo, duda que ellos tienen.

§ 9.—La palabra «tener» se entiende de dos maneras; porque decimos que tiene así el que es dueño de la cosa, como el que ciertamente no es dueño, pero la tiene; y finalmente, solemos decir que tenemos la cosa depositada en nuestro poder.

§ 10.—Si alguno hubiere estipulado así: «que le sea lícito usufructuar», esta estipulación no pertenece al heredero.

§ 11.—Pero aunque no se hubiere añadido «le», no opino que la estipulación sobre el usufructo pase al heredero; y este derecho observamos.

§ 12.—Mas si uno hubiera estipulado «que á él y á su heredero les sea lícito usufructuar», veamos si el heredero podrá ejercitar la acción de lo estipulado. Y yo opinaría que puede, aunque sean diversos los usufructos; porque también si estipulara que á él y á su heredero les sea lícito pasar y conducir, aprobaremos lo mismo.

§ 13.—Si alguno quisiera que no haya dolo malo del prometedor y de su heredero, basta que estipule: «que no haya, ni lo haya de haber»; mas si quisiera tener caución respecto al dolo de muchos, es necesario que se añada «prometes dar tanto dinero cuanto valiere la cosa, si en este asunto no deja de haber, ó no hubiere dejado de haber, dolo malo?»

§ 14.—Cualquiera puede agregar á su propia persona la persona del heredero.

§ 15.—Pero también se podrá añadir la persona del padre adoptivo.

§ 16.—Que hay diferencia entre el día incierto y el cierto aparece también de que lo prometido para día cierto se puede dar aun inmediatamente; porque al prometedor se le deja libre todo el tiempo intermedio para pagar; y no se considerará que el que prometió: «si se hubiera hecho alguna cosa», ó «cuando se hubiera hecho alguna cosa», hizo lo que prometió, sino cuando se hubiere hecho ó él hubiere dado aquella cosa.

§ 17.—Nadie puede estipular para otro, salvo si el esclavo estipulara para el señor, ó el hijo para el padre; porque estas obligaciones se inventaron para esto, para que cada cual adquiera para sí por

(1) dicimus, inserta Vulg.  
(2) at, Hal. Vulg.

(3) quod, Hal. Vulg.

rum, ut alii detur, nihil interest mea. Plane si velim hoc facere, poenam stipulari conveniet, ut, si ita factum non sit, ut comprehensum est, committatur (1) stipulatio etiam ei, cuius nihil interest; poenam enim quum stipulatur quis, non illud inspicitur, quid intersit, sed quae sit quantitas, quaeque conditio stipulationis.

§ 18.—In stipulationibus quum quaeritur, quid actum sit, verba contra stipulatorem interpretanda sunt.

§ 19.—Eum, qui dicat: «mihi decem, et Titio decem», eadem decem, non alia decem dicere credendum est.

§ 20.—Si stipuler alii (2), quum mea interesset, videamus, an stipulatio committatur (3). Et ait Marcellus, stipulationem valere in specie huiusmodi. Is, qui pupilli tutelam administrare coeperat, cessit administratione (4) contutori suo, et stipulatus est rem pupilli salvam fore; ait Marcellus, posse defendi, stipulationem valere; interest enim stipulatoris fieri, quod stipulatus est, quum obligatus futurus esset pupillo, si aliter res cesserit.

§ 21.—Si quis insulam faciendam promiserit, aut conduxerit, deinde ab aliquo (5) insulam stipulato-ri fieri stipulatus sit, aut si quis, quum promississet, Titio fundum Maevium daturum, aut si is non dedisset, poenam se daturum, stipulatus a Maevio fuerit, fundum Titio datum iri, item si quis id locaverit faciendum, quod ipse conduxerit, constat habere eum utilem ex locato actionem.

§ 22.—Si quis ergo stipulatus fuerit, quum sua interesset ei dari, in ea erit causa, ut valeat stipulatio.

§ 23.—Unde et si procuratori meo dari stipulatus sum, stipulatio vires habebit; et si creditori meo, quia interest mea, ne vel poena committatur, vel praedia distrahantur, quae pignori data erant.

§ 24.—Si quis ita stipulatus fuerit: «illum sistas» (6) nulla causa est, cur non obligatio constat.

§ 25.—Aedem sacram, vel locum religiosum aedificari stipulari possumus; alioquin nec ex locato agere possumus.

39. PAULUS libro XII. ad Sabinum. — Dominus servo stipulando sibi acquirit; sed et pater filio, secundum quod leges permittunt.

40. POMPONIUS libro XXVII. ad Sabinum. — Si filius meus servo meo stipuletur, acquiritur mihi.

41. ULPIANUS libro L. ad Sabinum. — Eum, qui «kalendis Januariis» stipulatur, si adiciat: «primis» vel «proximis», nullam habere dubitationem palam est. Sed et si dicat: «secundis» vel «tertiis», vel quibus aliis, aequè dirimit quaestionem. Si autem non addat, quibus Januariis, facti quaestionem inducere, quid forte senserit, hoc est, quid inter eos

lo que le interesa; mas nada me interesa que se le dé á otro. Y si ciertamente yo quisiera hacer esto, convendrá que se estipule una pena, para que, si no se hubiera hecho tal como se consignó, se incurra en la estipulación aun respecto de aquel á quien nada le interesa; porque cuando alguno estipula una pena, no se mira lo que interesa, sino cuál sea la cantidad, y cuál la condición de la estipulación.

§ 18.—Cuando en las estipulaciones se duda qué es lo que se haya hecho, las palabras han de ser interpretadas en contra del estipulante.

§ 19.—Se ha de creer, que el que dijera: «diez para mí, y diez para Ticio», se refiere á los mismos diez, no á otros diez.

§ 20.—Si yo estipulara para otro, cuando á mí me interesase, veamos si tendrá efecto la estipulación. Y dice Marcelo, que la estipulación es válida en este caso. Uno, que habia comenzado á administrar la tutela de un pupilo, cedió la administración á su cotutor, y estipuló que quedarían á salvo los bienes del pupilo; dice Marcelo, que se puede defender que es válida la estipulación; porque le interesa al estipulante que se haga lo que estipuló, pues habria de quedar obligado al pupilo, si de otro modo hubiere cedido el negocio.

§ 21.—Si alguno hubiere prometido, ó tomado en arrendamiento, la construcción de una casa, y después hubiera estipulado de alguno que se hiciera la casa para el estipulante, ó si alguien, habiendo prometido que Maevio le daré un fundo á Ticio, ó que, si éste no lo hubiese dado, él pagaría una pena, hubiere estipulado de Maevio que se le dé el fundo á Ticio, y también si alguno hubiere dado en arrendamiento para que se haga lo que él mismo hubiere tomado en arrendamiento hacer, es sabido que él tiene la acción útil de locación.

§ 22.—Luego, si alguno hubiere estipulado que cuando á él le interesase se le diese á otro, estará en el caso de que sea válida la estipulación.

§ 23.—Por lo cual también si yo estipulé que se le dé á mi procurador, tendrá validez la estipulación; también, si que á mi acreedor, porque me interesa, ó que no se incurra en la pena, ó que no se enajenen los predios, que habian sido dados en prenda.

§ 24.—Si alguno hubiere estipulado así: «¿prometes hacer comparecer á aquél?» no hay causa alguna para que no subsista la obligación.

§ 25.—Podemos estipular que se edifique un edificio sagrado ú algún lugar religioso; de otra suerte no podemos ejercitar ni la acción de locación.

39. PAULO; Comentarios á Sabino, libro XII. — El señor adquiere para sí estipulando para su esclavo; pero también el padre estipulando para el hijo, en cuanto lo permiten las leyes.

40. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXVII. — Si mi hijo estipulara para un esclavo mío, la cosa se adquiere para mí.

41. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro L. — Es evidente, que no hay duda alguna, si el que estipula «para las calendas de Enero» añadiera «primeras» ó «próximas.» Mas también si dijera «segundas» ó «terceras», ú otras cualesquiera, dirime igualmente la cuestión. Pero si no añadiera para qué calendas de Enero, es una cuestión de hecho

(1) Hal. Vulg.; committetur, el códice Fl.

(2) alicui, Vulg.

(3) Véase la nota 1.

(4) administrationem, Vulg.

(5) alio quo, Hal.

(6) sistes, Hal.

acti sit; utique enim hoc sequimur, quod actum est, easque assumemus; si autem non appareat, dicendum est, quod Sabinus, primas kalendas Ianuarias spectandas. Plane si ipsa die kalendarum quis stipulationem interponat, quid sequemur? Et puto, actum videri de sequentibus kalendis.

§ 1.—Quoties autem in obligationibus dies non ponitur, praesenti die pecunia debetur, nisi si locus adiectus spatium temporis inducat, quo illo possit perveniri. Verum dies adiectus efficit, ne praesenti die pecunia debeatur. Ex quo apparet, diei adiectionem pro reo esse, non pro stipulatore.

§ 2.—Idem in idibus etiam et nonis probandum est, et generaliter in omnibus diebus.

42. POMPONIUS (1) libro XXVII. ad Sabinum.— Qui hoc anno, aut hoc mense dari stipulatus sit, nisi omnibus partibus praeteritis anni, vel mensis, non (2) recte petet.

43. ULPIANUS (3) libro L. ad Sabinum.— Si quis arbitrato, puta, Lucii Titii restitui sibi stipulatus est, deinde ipse stipulator moram fecerit, quominus arbitretur Titius, promissor, quasi moram fecerit, non tenetur. Quid ergo, si ipse, qui arbitrari debuit, moram fecerit? Magis probandum est, a persona non (4) esse recedendum eius, cuius arbitrium insertum est.

44. PAULUS libro XII. ad Sabinum.—Et ideo si omnino non arbitretur, nihil valet stipulatio, adeo ut, et si poena adiecta sit, ne ipsa quidem committatur.

45. ULPIANUS libro L. ad Sabinum.—Quodcumque stipulatur is, qui in alterius potestate est, pro eo habetur, ac si ipse esset stipulatus.

§ 1.—Sicuti, quum morietur quis, stipulari potest, ita etiam hi, qui subiecti sunt alienae potestati, quum moriantur, stipulari possunt.

§ 2.—Si ita quis stipulatus sit: «post mortem meam filiae meae dari?» vel ita: «post mortem filiae meae mihi dari?» utiliter erit stipulatus; sed primo casu filiae utilis actio competit, licet heres ei non existat.

§ 3.—Non solum ita stipulari possumus; «quum morieris», sed etiam: «si morieris»; nam sicuti inter haec nihil interest: «quum veneris», aut: «si veneris», ita nec ibi interest: «si morieris», et: «quum morieris».

§ 4.—Filius patri dari stipulari videtur, etsi hoc non adiciat.

46. PAULUS libro XII. ad Sabinum.—Centesimo kalendis dari utiliter stipulamur, quia praesens obligatio est, in diem autem dilata solutio.

§ 1.—Id autem, quod in facto est, in mortis tem-

inducir qué es lo que acaso haya entendido, esto es, qué sea lo tratado entre ellos; porque ciertamente nos atenemos á lo que se trató, y aceptamos aquellas calendas; mas si no apareciera cuáles fueran, se ha de decir lo que Sabinus, que se ha de atender á las primeras calendas de Enero. Pero si alguno interpusiera la estipulación en el mismo día de las calendas, ¿á qué nos atendremos? Y opino que se considera que se trató de las siguientes calendas.

§ 1.—Mas cuando en las obligaciones no se pone día, se debe el dinero en el día presente, á no ser que el lugar expresado requiera un espacio de tiempo para que se pueda llegar á él. Mas el día expresado hace que no se deba el dinero en el día presente. De lo cual aparece, que la agregación de día es á favor del reo, no á favor del estipulante.

§ 2.—Lo mismo se ha de admitir también en cuanto á los idus y á las nonas, y en general en cuanto á todos los días.

42. POMPONIO; Comentarios á Sabinus, libro XXVII.—El que hubiera estipulado que se le dé en este año ó en este mes, no pedirá con derecho sino habiendo transcurrido todas las partes del año ó del mes.

43. ULPIANO; Comentarios á Sabinus, libro L.—Si alguno estipuló que á él se le restituya á arbitrio, por ejemplo, de Lucio Ticio, y después el mismo estipulante hubiere sido moroso para que Ticio dé su arbitrio, el prometedor no está obligado como por haber incurrido en mora. Luego, ¿qué se dirá, si el mismo que debió dar su arbitrio hubiere sido moroso? Más bien se ha de admitir, que no hay que separarse de la persona cuyo arbitrio se consignó.

44. PAULO; Comentarios á Sabinus, libro XII.—Y por lo tanto, si absolutamente no se diera el arbitrio, no vale nada la estipulación, de tal modo que, aun cuando se hubiera añadido pena, no se incurre ciertamente en la misma.

45. ULPIANO; Comentarios á Sabinus, libro L.—Lo que estipula el que está bajo la potestad de otro es considerado lo mismo que si éste mismo lo hubiese estipulado.

§ 1.—Y así como cualquiera puede estipular para cuando muera, así también pueden estipular para cuando mueran los que están sujetos á ajena potestad.

§ 2.—Si alguno hubiera estipulado así: «¿prometes que después de mi muerte se le dará á mi hija?» ó así: «¿ó que después de la muerte de mi hija se me dará á mí?» habrá estipulado útilmente; pero en el primer caso le compete á la hija la acción útil, aunque no quede siendo heredera de él.

§ 3.—No solamente podemos estipular así: «cuando mueras», sino también: «si murieres»; porque así como no hay ninguna diferencia entre estas expresiones: «cuando vinieres», ó «si vinieres», así tampoco la hay en éstas: «si murieres», y «cuando murieres».

§ 4.—Se considera que el hijo estipula que se le dé á su padre, aunque no lo añada.

46. PAULO; Comentarios á Sabinus, libro XII.—Estipulamos útilmente que se dé en las centésimas kalendas, porque la obligación es presente, pero el pago está diferido á término.

§ 1.—Mas lo que consiste en un hecho no se pue-

(1) Papinianus, Hal.

(2) non, considerase añadida por antiguos copistas.

(3) Iulianus, Hal.

(4) Taur, según corrección del código Fl.; non, omitela la escritura original, Br.

pus conferri non potest, veluti: «quam morieris, Alexandriam venire spondes?»

§ 2.—Si ita stipulatus fuero: «quam volueris», quidam inutilem esse stipulationem aiunt; alii ita inutilem, si, antequam constituas, morieris; quod verum est.

§ 3.—Illam autem stipulationem: «si volueris, dari?» inutilem esse constat.

47. ULPIANUS libro *L. ad Sabinum*.—Qui sic stipulatur: «quod te mihi illis kalendis dare oportet, id dare spondes?» videtur non hodie stipulari, sed sua die, hoc est kalendis.

### TO B TOY

DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS (1)

48. ULPIANUS libro *XXVI. ad Edictum*.—Si decem, «quam petiero», dari fuero stipulatus, admonitionem magis quandam, quo celerius reddantur, et quasi sine mora, quam conditionem habet stipulatio; et ideo licet decessero, priusquam petiero, non videtur defecisse conditio.

49. PAULUS libro *XXXVII. ad Edictum*.—Quum filiusfamilias Stichum dari sponderit, et quum per eum stare, quominus daret, decessit Stichus, datur in patrem de peculio actio, quatenus maneret filius ex stipulatu obligatus. At si pater in mora fuit, non tenebitur filius, sed utilis actio in patrem danda est; quae omnia et in fideiussoris persona dicuntur.

§ 1.—Si stipulatus sim, per te non fieri, quominus mihi ire agere liceat, et fideiussorem accepero, si per fideiussorem steterit, neuter tenetur, si per promissorem, uterque.

§ 2.—In hac stipulatione: «neque per te, neque per heredem tuum fieri?» per heredem videtur fieri, quamvis absit, et ignoret; et ideo non facit, quod fieri ex stipulatu oportet. Non videtur autem per pupillum stetisse ex huiusmodi stipulatione: «si pupillus heres erit».

§ 3.—Si promissor hominis ante diem, in quem promiserat, interpellatus sit, et servus decesserit, non videtur per eum stetisse.

50. ULPIANUS libro *L. ad Edictum*.—In illa stipulatione: «per te non fieri?» non hoc significatur, nihil te facturum, quominus facere possis (2), sed curaturum, ut facere possis (3).

§ 1.—Item stipulatione emtae hereditatis: «quanta pecunia ad te pervenerit, dolo malo tuo factum est, eritve, quominus perveniat», nemo dubitabit, quin teneatur, qui id egit, ne quid ad se perveniret.

51. IDEM libro *LI. ad Edictum*.—Is, qui alienum servum promisit, perducto eo ad libertatem ex stipulatu actione non tenetur; sufficit enim, si dolo culpave careat.

(1) Esta división del título la omiten *Hal. Vulg.*

(2) *possim, Hal. Vulg.*

de referir al tiempo de la muerte, por ejemplo: «¿prometes venir a Alejandria cuando mueras?»

§ 2.—Si yo hubiere estipulado así: «cuando quisieres», dicen algunos que la estipulación es inútil; y otros, que es inútil, si murieres antes que determines; lo que es verdad.

§ 3.—Mas esta estipulación: «¿prometes dar, si quisieres?» es sabido que es inútil.

47. ULPIANO; *Comentarios a Sabino, libro L.*—El que estipula así: «¿prometes dar lo que tú debes darme en aquellas calendas?», se considera que no estipula para hoy, sino para su día, esto es, para las calendas.

### SEGUNDA PARTE

DEL TÍTULO DE LAS OBLIGACIONES VERBALES

48. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXVI.*—Si yo hubiere estipulado que se me den diez «cuando los pidiere», la estipulación contiene cierta advertencia para que se entreguen más pronto, y como sin mora, más bien que una condición; y por lo tanto, aunque yo hubiere fallecido antes que los hubiere pedido, no se considera que faltó la condición.

49. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XXXVII.*—Si habiendo prometido un hijo de familia que se dará el esclavo Stico, y, no consistiendo en él no darlo, falleció Stico, se da contra el padre la acción de peculio, por cuanto el hijo quedase obligado en virtud de la estipulación. Mas si el padre fué moroso, no estará obligado el hijo, sino que se ha de dar contra el padre la acción útil; todo lo cual se dice también respecto a la persona del fiador.

§ 1.—Si yo hubiera estipulado que por tí no se hará de modo que no me sea lícito pasar y conducir, y yo hubiere recibido fiador, ninguno de los dos está obligado, si en el fiador hubiere consistido, y ambos, si en el prometedor.

§ 2.—En esta estipulación: «¿prometes que no se hará ni por tí, ni por tu heredero?», se considera que se hace por el heredero, aunque esté ausente y lo ignore; y por lo tanto, no hace lo que se debe hacer en virtud de lo estipulado. Mas no se considera que consistió en el pupilo en virtud de esta estipulación: «si el pupilo fuere heredero.»

§ 3.—Si el que promete un esclavo fuera demandado antes del día para el que lo había prometido, y el esclavo hubiere fallecido, no se considera que consistió en él.

50. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro L.*—En esta estipulación: «¿prometes que por tí no se hará?» no se significa esto, que no harás nada para que no puedas hacer, sino que cuidarás de que puedas hacer.

§ 1.—Asimismo, en esta estipulación de compra de una herencia: «cuanto dinero fuere a tu poder, ó con dolo malo tuyo se hizo, ó se hiciere, que no vaya a tu poder», nadie dudará que está obligado el que hizo de modo que alguna cosa no fuese a su poder.

51. EL MISMO; *Comentarios al Edicto, libro LI.*—El que prometió un esclavo ajeno no está obligado por la acción de lo estipulado, habiéndosele dado a aquél la libertad; porque basta que esté exento de dolo ó de culpa.

(3) *possim, Hal. Vulg.*

52. *IDEM libro VII. Disputationum.*—In conventionalibus stipulationibus contractui formam contrahentes dant; enimvero praetoriae stipulationes legem accipiunt de mente Praetoris, qui eas proposuit. Denique praetoriis stipulationibus nihil imutare licet, neque addere, neque detrudere.

§ 1.—Si quis vacuum possessionem tradi promiserit, non nudum factum haec stipulatio continebit, sed causam bonorum.

53. *IULIANUS libro XVI. Digestorum.*—Stipulationes commodissimum est ita componere, ut, quaecumque specialiter comprehendere possint, contineantur; doli autem clausula ad ea pertineat, quae in praesentia occurrere (1) non possint, et ad incertos casus pertinent.

54. *IDEM libro XXII. Digestorum.*—In stipulationibus alias species, alias genera deducuntur. Quum species stipulamur, necesse est inter dominos et inter heredes ita dividi stipulationem, ut partes corporum cuique debebuntur (2). Quoties autem genera stipulamur, numero fit inter eos divisio, veluti quum Stichum et Pamphilum quis stipulatus duos heredes aequis partibus reliquit, necesse est utrique partem dimidiam Stichi et Pamphili deberi; si (3) idem duos homines stipulatus fuisset, singuli homines heredibus eius deberentur (4).

§ 1.—Operarum stipulatio similis est his stipulationibus, in quibus genera comprehenduntur; et ideo divisio eius stipulationis non in partes operarum, sed in numerum cedit. Quodsi unam operam servus communis stipulatus fuerit, necesse est utrique dominorum partem operae tantam, quantum in servo habuerit, petere; solutio autem eius obligationis expeditissima est, si aestimationem operae malit libertus offerre, aut si consentiant patroni, ut his communiter operae edantur.

55. *IDEM libro XXXVI. Digestorum.*—Quum quis sibi aut Titio dari stipulatus est, soli Titio, non etiam successoribus eius recte solvitur.

56. *IDEM libro LII. Digestorum.*—Eum, qui ita stipulatur: «mihi et Titio decem dare spondes?» vero similis est, semper una decem communiter sibi et Titio stipulari, sicuti qui legat Titio et Sempronio, non aliud intelligitur, quam una decem communiter duobus legare.

§ 1.—«Te et Titium heredem tuum decem datum spondes?» Titii persona (5) supervacua comprehensa est; sive enim solus heres extiterit, in solidum tenebitur, sive pro parte, eodem modo, quo ceteri coheredes eius, obligabitur; et quamvis convenisse videatur, ne ab alio herede quam a Titio peteretur, tamen inutile pactum conventum coheredibus eius erit.

§ 2.—Qui sibi aut filio suo dari stipulatur, manifeste personam filii in hoc complectitur, ut ei recte solvatur; neque interest, sibi, aut extraneo cuilibet, an sibi, aut filio suo quis stipuletur; quare vel manente in potestate, vel emancipato filio recte solvitur; neque ad rem pertinet, quod qui filio suo

52. EL MISMO; *Disputas, libro VII.*—En las estipulaciones convencionales los contratantes dan la forma al contrato; porque las estipulaciones pretorias reciben su ley según la intención del Pretor, que las propuso. Finalmente, en las estipulaciones pretorias no es lícito alterar, ni añadir, ni quitar nada.

§ 1.—Si alguno hubiere prometido que se entregará la vacua posesión, esta estipulación no contendrá un nudo hecho, sino la causa de los bienes.

53. JULIANO; *Digesto, libro XVI.*—Es muy conveniente formular las estipulaciones de modo, que se contengan todas las cosas que especialmente se puedan comprender; pero la cláusula de dolo se refiere á lo que no pudo ocurrir al presente, y corresponde á casos inciertos.

54. EL MISMO; *Digesto, libro XXII.*—En las estipulaciones se comprenden unas veces especies, y otras géneros. Cuando estipulamos especies, es necesario que entre los dueños y los herederos se divida la obligación de modo, que á cada uno se le deberán partes de las cosas corpóreas. Mas cuando estipulamos géneros, la división se hace entre ellos por número, como cuando habiendo uno estipulado á Stico y Pánfilo dejó dos herederos por partes iguales, es necesario que á ambos se les deba la mitad de Stico y de Pánfilo; y si el mismo hubiese estipulado dos esclavos, cada esclavo sería debido á sus herederos.

§ 1.—La estipulación de trabajos es semejante á estas estipulaciones, en que se comprenden géneros; y por lo tanto, la división de esta estipulación se verifica no por partes de los trabajos, sino por su número. Mas si un esclavo común hubiere estipulado un solo trabajo, les es necesario á ambos dueños pedir tanta parte del trabajo, cuanto tuviera en el esclavo; mas el pago de esta obligación es facilísimo, si el liberto prefiriera ofrecer la estimación del trabajo, ó si los patronos consintieran que en común se les presten los trabajos.

55. EL MISMO; *Digesto, libro XXXVI.*—Cuando alguno estipuló que se le dé á él ó á Titio, se paga convenientemente á Titio solo, no también á los sucesores de éste.

56. EL MISMO; *Digesto, libro LII.*—Es más verosímil, que el que estipula así: «¿prometes darnos diez á mí y á Titio?» estipula siempre solos unos diez en común para él y para Titio, así como no se entiende que el que los lega á Titio y á Sempronio lega otra cosa más que solos unos diez en común para los dos.

§ 1.—«¿Prometes que tú y tu heredero Titio daréis diez?» Está consignada supérfluamente la persona de Titio; porque, si él quedare heredero único, estará obligado á la totalidad, y si de parte, estará obligado del mismo que sus demás coherederos; y aunque parezca haberse convenido que no se pedirá á otro heredero sino á Titio, sin embargo, el pacto convenido será inútil para sus coherederos.

§ 2.—El que estipula que se le dé á él ó á su hijo, comprende la persona de su hijo evidentemente para esto, para que á éste se le pague bien; y no importa que uno estipule para sí, ó para un extraño cualquiera, ó para sí, ó para su hijo; porque se le paga bien al hijo, ya si permanece bajo potestad,

(1) occupari, *Hal. Vulg.*

(2) debeantur, *Hal. Vulg.*

(3) si, considerase añadida por antiguos copistas.

(4) debentur, *Hal. Vulg.*

(5) pro, inserta *Vulg.*

dari stipulatur, sibi acquirit, quia coniuncta sua persona stipulator efficit, ut non acquirendae obligationis gratia, sed solutionis causa personam filii apprehendisse intelligatur.

§ 3.—Quodsi soli filio suo, qui in potestate sua sit, dari quis stipulatus sit, non recte filio solvetur, quia filii persona obligationi magis, quam solutioni applicatur.

§ 4.—Qui ita stipulatur: «decem, quoad vivam, dari spondes?» confestim decem recte dari petit; sed heres eius exceptione pacti conventi summovendus est; nam stipulatorem id egisse, ne heres eius peteret, palam est; quemadmodum is, qui usque in kalendas (1) dari stipulatur, potest quidem etiam post kalendas petere, sed exceptione pacti summovetur. Nam et heres eius, cui servitus praedii ita concessa est, ut, quoad viveret, ius eundi haberet, pacti conventi exceptione summovebitur.

§ 5.—Qui ita stipulatur: «ante kalendas proximas dari spondes?» nihil differt ab eo, qui kalendis dari stipulatur.

§ 6.—Qui proprietatem sine usufructu habet, recte usumfructum dari sibi stipulatur; id enim in obligationem deducit, quod non habet, sed habere potest.

§ 7.—Si a te stipulatus fuero fundum Sempronianum, deinde eundem fundum detracto usufructu ab alio stipulor, prior stipulatio non novabitur, quia nec solvendo fundum detracto usufructu liberaberis, sed adhuc a te recte fundi usumfructum (2) peterem. Quid ergo est? Quum mihi fundum dederis, is quoque liberabitur, a quo detracto usufructu fundum stipulatus fueram.

§ 8.—Si hominem, quem a Titio pure stipulatus fueram, Seius mihi sub conditione promiserit, et is pendente conditione post moram Titii decesserit, confestim cum Titio agere potero, nec Seius existente conditione obligetur; at si Titio acceptum fecissem, Seius existente (3) conditione obligari potest. Idcirco haec tam varie, quod homine mortuo desinit esse res, in quam Seius obligaretur; acceptilatione interposita superest homo, quem Seius promiserat.

57. *IDEM libro LIII. Digestorum.* — Si quis, «si Titius Consul factus erit», decem dari sponderit, quamvis pendente conditione promissor moriatur, relinquet heredem obligatum.

58. *IDEM (4) libro LIV. Digestorum.* — Qui usumfructum fundi stipulatur, deinde fundum, similis est ei, qui partem fundi stipulatur, deinde totum, quia fundus dari non intelligitur, si usufructus detrahatur. Et e contrario, qui fundum stipulatus est, deinde usumfructum, similis est ei, qui totum stipulatur, deinde partem. Sed qui actum sti-

ya si fué emancipado; y no hace al caso que el que estipula que se le dé a su hijo adquiere para sí, porque, habiendo unido su propia persona, hace el estipulante que se entienda que comprendió la persona de su hijo no para adquirir la obligación, sino por causa del pago.

§ 3.—Mas si alguno hubiera estipulado que se le diera sólo a su hijo, que estuviera bajo su potestad, no se le pagará bien al hijo, porque la persona del hijo es aplicada más bien para la obligación que para el pago.

§ 4.—El que estipula así: «¿prometes que se me darán diez mientras yo viva?» con derecho pide que se den los diez desde luego; pero su heredero ha de ser rechazado con la excepción del pacto convenido; porque es evidente que el estipulante hizo esto, para que no los pidiese su heredero; á la manera que el que estipula que se dé hasta las kalendas puede ciertamente pedir también después de las kalendas, pero será rechazado con la excepción del pacto. Porque también el heredero de aquel á quien se le concedió la servidumbre de un predio, para que tuviese el derecho de pasar mientras viviese, será rechazado con la excepción del pacto convenido.

§ 5.—El que estipula así: «¿prometes que se me dará antes de las kalendas proximas?» en nada difiere del que estipula que se le dé en las kalendas.

§ 6.—El que tiene la propiedad sin el usufructo estipula válidamente que se le dé el usufructo; porque comprende en la estipulación lo que no tiene, pero puede tener.

§ 7.—Si de tí hubiere yo estipulado el fundo Semproniano, y después estipulo de otro el mismo fundo deducido el usufructo, no se novará la primera estipulación, porque ni aun entregando el fundo con deducción del usufructo quedarás libre, sino que todavía te pediré con derecho el usufructo del fundo. Luego ¿qué se dirá? Que cuando me hubieres dado el fundo, quedará libre también aquel de quien yo había estipulado el fundo con deducción del usufructo.

§ 8.—Si Seyo me hubiere prometido bajo condición el esclavo que de Ticio había yo estipulado puramente, y pendiente la condición aquél hubiere fallecido después de la mora de Ticio, podré ejercitar inmediatamente contra Ticio la acción, y no se obligará Seyo cumpliéndose la condición; mas si yo hubiese dado por cumplido á Ticio, Seyo puede quedar obligado cumpliéndose la condición. Y hay en esto tanta diversidad, porque, muerto el esclavo, deja de haber la cosa respecto á la que se obligaría Seyo; é interpuesta la aceptilation subsiste el esclavo, que Seyo había prometido.

57. *EL MISMO; Digesto, libro LIII.* — Si alguno hubiere prometido que se darían diez, «si Ticio hubiere sido hecho consul», dejará obligado á su heredero, aunque el prometedor muriese estando pendiente la condición.

58. *EL MISMO; Digesto, libro LIV.* — El que estipula el usufructo de un fundo, y después el fundo, es semejante al que estipula una parte del fundo, y después la totalidad, porque no se entiende que se da el fundo, si se deduce el usufructo. Y por el contrario, el que estipuló un fundo, y después el usufructo, es semejante al que estipula la totalidad, y

(1) qui calendis Iannariis, *Vulg.*

(2) Según corrección del código *Fl.*; usufructum, *Taur.* según la escritura original, *Br.*

(3) pendiente, *Hal.*

(4) Paulus, *Hal.*

pulatur, deinde iter, posteriore stipulatione nihil agit, sicuti qui decem, deinde quinque stipulatur, nihil agit. Item si quis fructum (1), deinde usum stipulatus fuerit, nihil agit, nisi in omnibus novandi animo hoc facere specialiter expresserit; tunc enim priore obligatione expirante ex secunda introducitur petitio, et tam iter, quam usus, nec non quinque exigi possunt.

**59. IDEM libro LXXXVIII. Digestorum.**—Quoties in diem, vel sub conditione oleum quis stipulatur, eius aestimationem eo tempore spectari oportet, quo dies obligationis venit; tunc enim ab eo peti potest, alioquin (2) rei captio erit.

**60. ULPIANUS (3) libro XX. ad Edictum.**—Idem erit, et si Capuae certum (4) olei pondus (5) dari quis stipulatus sit, nam eius temporis fit aestimatio, quum peti potest; peti autem potest, quo (6) primum in locum perveniri potuit.

**61. IULIANUS libro II. ad Urseium Ferozem.**—Stipulatio hoc modo concepta: «si heredem me non feceris, tantum dare spondes?» inutilis (7) est, quia contra bonos mores est haec stipulatio.

**62. IDEM libro II. ex Minicio.**—Servus vetante domino si pecuniam ab alio (8) stipulatus sit, nihilominus obligat domino promissorem.

**63. AFRICANUS libro VI. Quaestionum.**—Si ita quis stipuletur: «sive navis ex Asia venerit, sive Titius Consul factus fuerit», ultra prius conditio extitisset, stipulatio committetur, et amplius committi non potest; sed enim quum ex duabus disiunctivis conditionibus altera defecerit, necesse est, ut ea, quae extiterit, stipulationem committat.

**64. IDEM libro VII. Quaestionum.**—Huiusmodi stipulatio interposita est: «si Titius Consul factus fuerit, tum ex hac die in annos singulos dena dari spondes?» post triennium conditio extitit; an huius temporis nomine agi possit, non immerito dubitabitur. Respondit, eam stipulationem utilem esse, ita ut in ea eorum quoque annorum, qui ante impletam conditionem intercesserint, praestatio in id tempus collata intelligatur, ut sententia eius sit talis: tunc, quum Titius Consul factus fuerit, in annos singulos, etiam praeteriti temporis habita ratione, dena praestentur.

**65. FLORENTINUS (9) libro VIII. Institutionum.**—Quae extrinsecus, et nihil ad praesentem actum pertinentia adieceris stipulationi, pro supervacuis

después una parte. Pero el que estipula la servidumbre de conducción, y después la de paso, no hace nada con la segunda estipulación, así como no hace nada el que estipula diez, y después cinco. Asimismo, si alguno hubiere estipulado el usufructo, y después el uso, no hace nada, sino si en todo hubiere expresado especialmente que esto lo hace con ánimo de hacer novación; porque entonces, expirando la obligación anterior, se da lugar á la petición en virtud de la segunda, y se pueden reclamar tanto la servidumbre de paso, como el uso, y también los cinco.

**59. EL MISMO; Digesto, libro LXXXVIII.**—Siempre que alguno estipula á término ó bajo condición aceite, se debe atender á la estimación de éste al tiempo en que vence el término de la obligación; porque entonces se le puede pedir, y de otro modo habria engaño en la cosa.

**60. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XX.**—Lo mismo será, también si alguno hubiera estipulado que se dé cierta cantidad de aceite en Capua, porque se hace su estimación al tiempo en que se puede pedir; pero se puede pedir tan pronto como se pudo llegar á aquel lugar.

**61. JULIANO; Comentarios á Urseyo Feroz, libro II.**—La estipulación concebida de este modo: «prometes dar tanto, si no me hicieres heredero?» es inútil, porque esta estipulación es contra las buenas costumbres.

**62. EL MISMO; Doctrina de Minicio, libro II.**—Si el esclavo, vedándosele su señor, hubiera estipulado de otro dinero, obliga, sin embargo, á favor de su señor al prometedor.

**63. AFRICANO; Cuestiones, libro VI.**—Si alguno estipulara así: «ya si la nave viniere de Asia, ya si Ticio hubiere sido hecho consul», habiéndose verificado una de las dos condiciones, tendrá efecto la estipulación, y no puede volverlo á tener; porque cuando de dos condiciones disyuntivas hubiere faltado una, es necesario que la que se hubiere cumplido dé efecto á la estipulación.

**64. EL MISMO; Cuestiones, libro VII.**—Se interpuso estipulación en estos términos: «si Ticio hubiere sido hecho consul, prometes en este caso que desde este día se darán diez cada año?»; la condición se cumplió después de tres años; no sin razón se dudará, si se podrá ejercitar acción por razón de este tiempo. Respondió, que esta estipulación es útil, de suerte que en ella se entienda comprendida en este tiempo la prestación también de los años que hubieren transcurrido antes de cumplirse la condición, como si su sentido fuese este: que entonces, cuando Ticio hubiere sido hecho consul, se paguen diez cada año, habida cuenta también del tiempo pasado.

**65. FLORENTINO; Instituta, libro VIII.**—Las cosas extrinsecas, y que no siendo en nada pertinentes al acto presente hubieres añadido á la estipula-

(1) usufructum, *Vulg.*

(2) *Hal.*; alias, inserta el código *Fl.*

(3) *Idem, Hal. Vulg.*

(4) centum, conjetura *Br.* Véase el fr. 33. § 5. de este mismo título.

(5) Según corrección del código *Fl.*; pondo, *Taur.* según la escritura original, *Br.*

(6) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; qui, la escritura original, *Br.*

(7) *Taur.* según la corrección del código *Fl.*; inutile, la escritura original, *Br.*

(8) quo, inserta *Hal.*

(9) *Iulianus, Hal.*; *Ulpianus, Vulg.*

habebuntur, nec vitiantur obligationem, veluti si dicas: «arma virumque cano, spondeo», nihilo minus valet.

§ 1.—Sed et si in rei, quae promittitur, aut personae appellatione varietur, non obesse placet; nam stipulanti denarios, eiusdem quantitatis aureos spondendo obligaberis; et servo stipulanti Lucio, domino suo, si Titio, qui idem sit, daturum te spondeas, obligaberis.

**66. PAULUS libro III. ad legem Aeliam Sentiam.**—Si minor viginti annis a debitore suo stipuletur servum manumissurum, non est executio stipulationis danda. Sed si ipsorum viginti annorum erit, non impediatur manumissio, quia de minore lex loquitur.

**67. ULPIANUS (1) libro II. ad Edictum.**—Illa stipulatio: «decem millia (2) salva fore promittis?» valet.

§ 1.—Eum, qui decem dari sibi curari stipulatus sit, non posse decem petere, quoniam possit promissor reum locupletem dando liberari, Labeo ait; idque et Celsus (3) libro sexto Digestorum refert.

**68. PAULUS libro II. ad Edictum.**—Si poenam stipulatus fuero, si mihi pecuniam non credidisses, certa est et utilis stipulatio. Quod si ita stipulatus fuero: «pecuniam te mihi crediturum spondes?» incerta est stipulatio, quia id venit in stipulationem, quod mea interest.

**69. ULPIANUS (4) libro VII. (5) ad Edictum.**—Si homo mortuus sisti (6) non potest, nec poena rei impossibilis committitur, quemadmodum si quis Stichum mortuum dari (7) stipulatus, si datus non esset, poenam stipuletur.

**70. IDEM libro XI. ad Edictum.**—Mulier, quae dotem dederat populari meo, Glabrioni (8) Isidoro, fecerat eum promittere dotem, si in matrimonio decessisset, infanti, et decesserat constante matrimonio; placebat ex stipulatu actionem non esse, quoniam qui dari non poterat, stipulari non poterat (9).

**71. IDEM libro XIII. ad Edictum.**—Quum quid ut fiat, stipulemur poenam, sic recte concipiemus: «si ita factum non erit; quum quid ne fiat, sic: «si adversus id factum sit».

**72. IDEM libro XX. ad Edictum.**—Stipulationes non dividuntur earum rerum, quae divisionem non recipiunt, veluti viae, itineris, actus, aquaeductus, ceterarumque servitutium. Idem puto, et si quis faciendum aliquid stipulatus sit, ut puta fundum tradi, vel fossam fodiri (10), vel insulam fabricari, vel operas, vel quid his simile; horum enim divisio

se tendrán por supérfluas, y no viciarán la obligación, por ejemplo, si dijeras: «prometo, canto las armas y al varón», es, sin embargo, válida.

§ 1.—Pero si se variase en la denominación de la cosa que se promete, ó de la persona, está también determinado que ello no obsta; porque prometiendo áureos de la misma cantidad al que estipula denarios, te obligarás; y también te obligarás si al esclavo que estipula para Lucio, su señor, le prometieras que le darás á Ticio, que es él mismo.

**66. PAULO; Comentarios á la ley Elia Sencia, libro III.**—Si un menor de veinte años estipulará de su deudor, que manumitirá un esclavo, no se ha de conceder la ejecución de la estipulación. Pero si fuere de los mismos veinte años, no se impedirá la manumisión, porque la ley habla del menor.

**67. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro II.**—Esta estipulación: «¿prometes que quedarán á salvo diez mil?» es válida.

§ 1.—Dice Labeon, que el que hubiera estipulado que se procure que á él se le den diez, no puede pedir los diez, porque el prometedor podría librarse dando un deudor abonado; y esto dice también Celso en el libro sexto del Digesto.

**68. PAULO; Comentarios al Edicto, libro II.**—Si yo hubiere estipulado una pena, si no me hubiese prestado dinero, la estipulación es cierta y útil. Pero si yo hubiere estipulado así: «¿prometes que me habrás de prestar dinero?» la estipulación es incierta, porque viene comprendido en la estipulación lo que me interesa.

**69. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro VII.**—Si habiendo fallecido un esclavo no puede presentarse, no se incurrirá en la pena de una cosa imposible, á la manera que si alguno, habiendo estipulado que se dé el esclavo Stico, fallecido, estipulara una pena, si no hubiese sido dado.

**70. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XI.**—Una mujer, que habia dado dote á mi compatriota Glabrion Isidoro, habia hecho que éste prometiese la dote á uno que estaba en la infancia, si ella hubiese fallecido en el matrimonio, y falleció durante el matrimonio; se determinó, que no habia la acción de estipulación, porque el que no podia hablar no podia estipular.

**71. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XIII.**—Cuando estipulamos una pena para que se haga alguna cosa, formularemos bien la estipulación de este modo: «si así no se hubiere hecho»; y cuando para que no se haga alguna cosa, así: «si se hubiera hecho contra esto.»

**72. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XX.**—No se dividen las estipulaciones de las cosas que no admiten división, como las de las servidumbres de via, paso, conducción, acueducto, y de las demás. Yo opino lo mismo, también si alguno hubiera estipulado que se haya de hacer alguna cosa, por ejemplo, que se entregue un fundo, que se cave una

(1) Iulianus, *Hal. Vulg.*

(2) *Taur. según el código Fl., en el que se les deocummillia*; millia, omitela la corrección del código Fl., Br.; rem solvam fore por decem millia, *Vulg.*

(3) *Idemque et Marcellus, Vulg.*

(4) *Papinianus, Hal.*

(5) *sexto, al margen interior del código Fl.*

(6) *Taur. según corrección del código Fl.; sit por sisti, la escritura original, Br.*

(7) *Vulg.; dare, el código Fl.*

(8) *Glabeoni, Vulg.*

(9) *Taur. según la escritura original; potest, la corrección del código Fl., Br.*

(10) *fodi, Vulg.*

corrumpit stipulationem. Celsus tamen libro trigesimo octavo Digestorum refert, Tuberonem existimasse, ubi quid fieri stipulemur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere, ideoque etiam in hoc genere dividi stipulationem; secundum quem (1) Celsus ait, posse dici, iusta aestimatione facti dandam esse petitionem.

§ 1.—Si quis ita stipulatus sit: «si ante kalendas Martias primas opus perfectum non erit, tum quanti id opus erit, tantam pecuniam dari?» diem promissionis cedere non ex quo locatum est opus, sed post kalendas Martias, quia nec conveniri ante kalendas Martias reus promittendi poterat.

§ 2.—Plane si «insulam fulciri» quis stipulatus sit, non est exspectandum, ut insula ruat, (2) sic deinde agi possit nec (3) «insulam fieri», ut tantum temporis praetereat, quanto insula fabricari possit; sed ubi iam coepit mora faciendae insulae fieri, tunc agetur, diesque obligationi (4) cedit.

73. PAULUS libro XXIV. ad Edictum. — Interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit, veluti si id, quod in utero sit, aut fructus futuros, aut domum aedificari stipulatus sit; tunc enim incipit actio, quum ea per rerum naturam praestari potest. Sic qui Carthagini dari stipulatur, quum Romae sit, tacite tempus complecti videtur, quo perveniri Carthaginem potest. Item si operas a liberto quis stipulatus sit, non ante dies earum cedit, quam indictae fuerint, nec sint praestitae.

§ 1.—Si servus hereditarius stipulatus sit, nullam vim habitura sit stipulatio, nisi adita hereditas sit, quasi conditionem habeat. Idem est et in servo eius, qui apud hostes est.

§ 2.—Stichi promissor post moram offerendo purgat moram; certe enim (5) doli mali exceptio nocet ei, qui pecuniam oblatam accipere noluit.

74. GAIUS (6) libro VIII. ad Edictum provinciale (7). — Stipulationum quaedam certae sunt, quaedam incertae; certum est, quod ex ipsa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumque sit, ut ecce aurei decem, fundus Tusculanus, homo Stichus, tritici Africi optimi modii centum, vini Campani optimi amphorae centum;

75. ULPIANUS libro XXII. ad Edictum. — ubi autem non apparet, quid, quale, quantumque est in stipulatione, incertam esse stipulationem dicendum est.

§ 1.—Ergo si qui fundum sine propria appellatione, vel hominem generaliter sine proprio nomine, aut vinum, frumentumve sine qualitate dari

fosa, ó que se fabrique una casa, ó que se hagan trabajos, ó alguna cosa semejante á éstas; porque la división de estas cosas vicia la estipulación. Pero dice Celso en el libro trigésimo octavo del Digesto, que Tuberon estimó, que, cuando estipulamos que se haga una cosa, conviene que se dé cierta cantidad, si no hubiere sido hecha, y que por lo tanto, también en este caso se dividía la estipulación: y conforme con él dice Celso, que se pueda decir, que se ha de conceder la petición por la justa estimación del hecho.

§ 1.—Si alguno hubiera estipulado así: «¿si antes de las primeras kalendas de Marzo no se hubiere acabado la obra, prometes dar tanto dinero cuanto importare esta obra?» comienza á correr el término de la promesa, no desde que se dió en arrendamiento la obra, sino después de las kalendas de Marzo, porque tampoco podía ser demandado el promovedor antes de las kalendas de Marzo.

§ 2.—Mas si alguno hubiera estipulado que «se repare una casa», no se ha de esperar á que se arruine la casa, y á que así se pueda reclamar después, y si «que se haga una casa», no que transcurra tanto tiempo como en el que se pueda fabricar la casa; sino que luego que comenzó á incurrirse en mora para hacer la casa, se ejercitará la acción, y vence el término para la obligación.

73. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XXIV. — A veces una estipulación pura admite dilación por virtud de la misma cosa, por ejemplo, si uno hubiera estipulado lo que estuviese en el claustro materno, ó frutos futuros, ó que se edifique una casa; porque la acción comienza entonces cuando por la naturaleza de las cosas puede darse aquella. Así, el que estipula que se dé en Cartago, estando en Roma, se considera que tácitamente comprende el tiempo necesario para que se pueda llegar á Cartago. Asimismo, si alguno hubiera estipulado de un liberto servicios, no vence el término de éstos antes que se hayan impuesto y no hayan sido prestados.

§ 1.—Si un esclavo de la herencia hubiera estipulado, la estipulación no habrá de tener fuerza alguna, si no hubiera sido adida la herencia, como si aquella contuviera una condición. Lo mismo es también respecto al esclavo del que está en poder de los enemigos.

§ 2.—El promovedor de Stico, ofreciéndolo después de la mora, purga la mora; porque ciertamente le perjudicará la excepción de dolo malo al que no quiso recibir el dinero ofrecido.

74. GAYO; Comentarios al Edicto provincial, libro VIII. — Unas estipulaciones son ciertas, y otras inciertas; es cierto lo que aparece de las mismas palabras, qué cosa sea, cuál, y cuánta, como por ejemplo, diez áureos, el fundo Tusculano, el esclavo Stico, cien módios del mejor trigo africano, cien ánforas del mejor vino de la Campania;

75. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XXII. — mas cuando no aparece qué cosa, cuál, y cuánta está comprendida en la estipulación, se ha de decir que la estipulación es incierta.

§ 1.—Luego si alguno estipula que se dé un fundo sin su propia denominación, ó en general un esclavo sin su nombre propio, ó vino, ó trigo, sin ex-

(1) quae. Hal. Vulg.  
(2) ut, insertan Hal. Vulg.  
(3) si, insertan Hal. Vulg.  
(4) obligationis, Vulg.

(5) enim, omitenla Hal. Vulg.  
(6) Paulus, Hal. Vulg.  
(7) Br. considera provinciale añadida por antiguos copistas.

sibi stipulatur, incertum deducit in obligationem.

§ 2.—Usque adeo, ut, si quis ita stipulatus sit: «triticum Africi boni modios centum, vini Campani boni amphoras centum?» incertum videatur stipulari, quia bono melius inveniri potest; quo fit, ut boni appellatio non sit certae rei significativa, quum id, quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. At quum optimum quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet; quae res efficit, ut ea appellatio certi (1) significativa sit.

§ 3.—Fundi certi si quis usumfructum stipulatus fuerit, incertum intelligitur in obligationem deduxisse; hoc enim magis iure utimur.

§ 4.—Illud dubitationem recipit, si quis «id, quod ex Arethusa (2) ancilla natum erit», aut «fructus, qui in fundo Tusculano nati erunt», dari sibi stipulatus sit, an certum (3) stipulatus videatur; sed ipsa natura manifestissimum est, incerti esse hanc stipulationem.

§ 5.—Sed qui «vinum», aut «oleum», vel «triticum, quod in horreo est», stipulatur, certum stipulari intelligitur.

§ 6.—Qui vero a Titio ita stipulatur: «quod mihi Seius debet, dare spondes?» et qui ita stipulatur: «quod ex testamento mihi debes, dare spondes?» incertum in obligationem deducit, licet Seius certum debeat, vel ex testamento certum debeatur, quamvis istae species vix separari possint ab ea, quam proposuimus de vino, vel oleo, vel tritico, quod in horreo repositum est. Et adhuc occurrit, quod fideiussores certum videntur promittere, si modo et is, pro quo obligentur, certum debeat, quum alioquin (4) ita interrogentur: «id fide tua esse iubes?»

§ 7.—Qui id, quod in faciendo aut non faciendo (5), stipulatur, incertum stipulari videtur; in faciendo, veluti «fossam fodiri (6), domum aedificari, vacuum possessionem tradi»; in non faciendo, veluti «per te non fieri, quominus mihi per fundum tuum ire agere liceat; per te non fieri, quominus mihi hominem Erotem habere liceat».

§ 8.—Qui illud aut illud stipulatur, veluti «decem, vel hominem Stichum», utrum certum, an incertum deducat in obligationem, non immerito quaeritur; nam et res certae designantur, et utra earum potius praestanda sit, in incerto est. Sed utcumque is, qui sibi electionem constituit adiectis his verbis: «utrum ego velim», potest videri certum stipulatus, quum ei liceat vel hominem tantum, vel decem tantum intendere sibi dari oportere; qui vero sibi electionem non constituit, incertum stipulatur.

§ 9.—Qui sortem stipulatur, et usuras quascunque, certum et incertum stipulatus videtur; et tot stipulationes sunt, quot res sunt.

§ 10.—Haec stipulatio, «fundum Tusculanum

presión de la calidad, comprende en la obligación una cosa incierta.

§ 2.—De tal manera que, si alguno hubiera estipulado así: «prometes dar cien módios de buen trigo africano, ó cien ánforas de buen vino de Campania?», se considera que estipula una cosa incierta, porque se puede encontrar mejor en lo bueno; lo cual hace, que la denominación de bueno no sea significativa de cosa cierta, porque lo que es mejor en lo bueno, es también bueno. Mas cuando alguno estipula lo mejor, se entiende que estipula aquello cuya bondad tiene el grado principal de bondad; lo cual hace que esta denominación sea significativa de cosa cierta.

§ 3.—Si alguno hubiere estipulado el usufructo de un fundo cierto, se entiende que comprendió en la obligación una cosa incierta; porque observamos preferentemente este derecho.

§ 4.—Es susceptible de duda, si, habiendo alguien estipulado que se le dé «lo que hubiere nacido de la esclava Aretusa», ó «los frutos que hubieren nacido en el fundo Tusculano», se considerará que estipuló cosa cierta; pero es evidentísimo por la misma naturaleza, que esta estipulación es de cosa incierta.

§ 5.—Pero el que estipula «el vino, ó el aceite, ó el trigo, que hay en el almacén», se entiende que estipula cosa incierta.

§ 6.—Mas el que así estipula de Ticio: «prometes dar lo que me debe Seyo?» y el que estipula así: «prometes dar lo que me debes por virtud del testamento?» comprenden en la obligación cosa incierta, aunque Seyo deba cosa cierta, ó aunque en virtud del testamento se deba cosa cierta, aun cuando estos casos difícilmente se puedan separar del que expusimos relativo al vino, ó al aceite, ó al trigo, que se halla guardado en el almacén. Y aun ocurre, que se considera que los fiadores prometen una cosa cierta, si es que también aquél, por quien se obligan, debe una cosa cierta, cuando por lo demás sean así interrogados: «prometes que esto queda bajo tu fe?»

§ 7.—El que estipula cosa que consiste en hacer ó en no hacer, se considera que estipula cosa incierta; en hacer, como que «se cave una fosa, se edifique una casa, ó se entregue la vacua posesión»; en no hacer, como que «por tí no se haga de modo que no me sea lícito pasar y conducir por un fundo tuyo; que por tí no se haga que no me sea lícito tener el esclavo Eros.»

§ 8.—No sin razón se pregunta, si el que estipula esto ó aquello, por ejemplo, «diez, ó el esclavo Stico», comprende en la obligación cosa cierta ó incierta; porque aunque se designan cosas ciertas, es incierto cuál de ellas se haya de entregar preferentemente. Mas siempre que uno se reservó para sí la elección habiendo añadido estas palabras: «de las dos cosas la que yo quiera», se puede considerar que estipuló cosa cierta, siéndole lícito reclamar que se le debe dar á él solamente el esclavo, ó únicamente la suma de diez; pero el que no se procuró la elección, estipula cosa incierta.

§ 9.—El que estipula capital, y cualesquiera intereses, se considera que estipuló una cosa cierta y otra incierta; y hay tantas estipulaciones cuantas son las cosas.

§ 10.—Esta estipulación: «prometes que se dará

(1) certae rei, *Vulg.*

(2) ea por Arethusa, *Hal. Vulg.*

(3) incertum, *Hal. Vulg.*

(4) et, insertan *Hal. Vulg.*

(5) consistit, insertan *Hal. Vulg.*

(6) Véase la página 535, nota 10.

dari?» ostendit, se certi esse, continetque, ut dominium omnimodo efficiatur stipulatoris quoquo modo.

**76. PAULUS libro XVIII. ad Edictum.**—Si stipulatus fuerim «illud, aut illud, quod ego voluero», haec electio personalis est; et ideo servo vel filio talis electio (1) cohaeret; in heredes tamen transit obligatio et ante electionem mortuo stipulatore.

§ 1.—Quum stipulamur, «quidquid te dare facere oportet», id, quod praesenti die duntaxat (2) debetur, in stipulationem deducitur, non, ut in iudiciis, etiam futurum; et ideo in stipulatione adiicitur verbum «oportebit» (3), vel ita: «praesens in diemve». Hoc ideo fit, quia qui stipulatur: «quidquid te dare oportet», demonstrat eam pecuniam, quae iam debetur; quodsi totam demonstrare vult, dicit (4) «oportebitve», vel (5) ita: «praesens in diemve».

**77. IDEM libro LVIII. ad Edictum.**—Ad diem sub poena pecunia promissa, et ante diem mortuo promissore committetur poena, licet non sit hereditas eius adita.

**78. IDEM libro LXII. ad Edictum.**—Si filiusfamilias sub conditione stipulatus emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

§ 1.—Quum fundum stipulatus sum, non veniunt fructus, qui stipulationis tempore fuerint.

**79. ULPIANUS libro LXX. ad Edictum.**—Si procuratori praesentis fuerit cautum, ex stipulatu actionem utilem domino competere nemo ambigit.

**80. IDEM libro LXXIV. ad Edictum.**—Quoties in stipulationibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res, qua de agitur, in tuto sit.

**81. IDEM libro LXXVII. ad Edictum.**—Quoties quis alium sisti promittit, nec addicit poenam, puta vel servum suum, vel hominem liberum, quaeritur, an committatur stipulatio. Et Celsus ait, et si non est huic stipulationi additum: «nisi steterit, poenam dari», (6) id, quanti interest sisti, contineri; et verum est quod Celsus ait, nam qui alium sisti promittit, hoc promittit, id se acturum, ut stet.

§ 1.—Si procurator sisti aliquem sine poena stipulatus sit, potest defendi, non suam, sed eius, cuius negotium gessit, utilitatem in ea re deduxisse; idque fortius dicendum, (7) si «quanti ea res sit» stipulatio proponatur procuratoris.

**82. IDEM libro LXXVIII. ad Edictum.**—Nemo

el fundo Tusculano?» demuestra que es de cosa cierta, y contiene que de todos modos el dominio se haga en cualquier forma del estipulante.

**76. PAULO; Comentarios al Edicto, libro XVIII.**—Si yo hubiere estipulado «esto, ó aquello, lo que yo quisiere», esta elección es personal; y por lo tanto, tal elección es inherente al esclavo ó al hijo; pero la obligación se transfiere contra los herederos también habiendo fallecido el estipulante antes de la elección.

§ 1.—Cuando estipulamos «todo lo que es menester que tú des ó hagas», se comprende en la estipulación lo que se debe únicamente en el día presente, no, como en los juicios, también lo futuro; y por esto se añaden en la estipulación las palabras «fuerre menester», ó estas: «de presente ó á término.» Y esto se hace, porque el que estipula: «todo lo que es menester que tú des», designa el dinero que ya se debe; pero si quiere designarlo todo, dice «ó fuerre menester», ó así: «de presente ó á término.»

**77. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LVIII.**—Prometido dinero á término bajo pena, se incurrirá en la pena también habiendo fallecido el promotor antes del término, aunque no haya sido adida la herencia.

**78. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXII.**—Si el hijo de familia que estipuló bajo condición hubiere sido emancipado, y después se hubiere cumplido la condición, le compete la acción al padre, porque en las estipulaciones se atiende al tiempo en que contratamos.

§ 1.—Cuando estipulé un fundo, no vienen comprendidos los frutos, que hubiere al tiempo de la estipulación.

**79. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXX.**—Si se hubiere dado caución al procurador del que está presente, nadie duda que le compete al principal acción útil por lo estipulado.

**80. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXIV.**—Siempre que en las estipulaciones hay una oración ambigua, es lo más conveniente que se entienda aquello por lo que quede á salvo la cosa de que se trata.

**81. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXVII.**—Siempre que alguno promete que otro, por ejemplo, un esclavo suyo, ó un hombre libre se presentará, y no añade una pena, se pregunta, si tendrá efecto la estipulación. Y dice Celso, que aunque no se haya añadido á esta estipulación: «que se dará pena, si no compareciere», se comprende en ella cuanto interesa que comparezca; y es verdad lo que dice Celso, porque el que promete que otro comparecerá, promete esto, que él hará que comparezca.

§ 1.—Si un procurador hubiera estipulado sin pena, que alguien comparecerá, se puede defender que no comprendió en este negocio su propia utilidad, sino la de aquél cuyo negocio gestionó; y con más razón se dirá esto, si se interpusiera la estipulación del procurador «por cuanto importase este negocio.»

**82. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro**

(1) non, inserta Hal.  
(2) id duntaxat, quod praesenti die debetur, Hal.  
(3) oportebitve, Vulg.  
(4) oportet, inserta Hal. Vulg.

(5) Hal. Vulg.; vel, omitta el código Fl.  
(6) Hal. Vulg.; in, inserta el código Fl.  
(7) et, inserta Hal.

rem suam utiliter stipulatur, sed pretium rei suae non inutiliter; sane «rem meam mihi restitui» recte stipulari videor.

§ 1.—Si post moram promissoris homo deceaserit, tenetur nihilominus proinde (1), ac si homo viveret; et hic moram videtur fecisse, qui litigare maluit, quam restituere.

88. PAULUS (2) libro LXXII. ad Edictum.— Inter stipulantem et promittentem negotium contrahitur; itaque alius pro alio promittens, «datum facturumve eum», non obligatur; nam de se quemque promittere oportet; et qui spondet «dolum malum abesse abfuturumque (3) esse», non simplex abnutivum spondet, sed curaturum se, ut dolum malus absit. Idemque in illis stipulationibus: «habere licere», item: «neque per te, neque per heredem tuum fieri, quominus fiat».

§ 1.—Si Stichum stipulatus de alio sentiam, tu de alio, nihil actum erit; quod et in iudiciis Aristo existimavit. Sed hic inagis est, ut is petitus videatur, de quo actor sensit, nam stipulatio ex utriusque consensu valet, iudicium autem etiam in invitum redditur; et ideo actori potius credendum est, alioquin semper negabit reus se consensisse.

§ 2.—Si stipulante me Stichum aut Pamphilum, tu unum daturum te sponderis, constat, non teneri te, nec ad interrogatum esse responsum.

§ 3.—Diversa causa est summarum, veluti: «decem aut viginti dari spondes?» hic enim, etsi decem sponderis, recte responsum est, quia semper in summis id, quod minus est, sponderi videtur.

§ 4.—Item si ego plures res stipuler, Stichum, puta, et Pamphilum, licet unum sponderis, teneris; videris enim ad unam ex duabus stipulationibus respondisse.

§ 5.—Sacram vel religiosam rem, vel usibus publicis in perpetuum relictam, ut forum, aut basilicam, aut hominem liberum, inutiliter stipulor, quamvis (4) sacra profana fieri, et usibus publicis relicta in privatos usus reverti, et ex libero servus fieri potest. Nam et si quis rem profanam, aut Stichum dari promisit, liberatur, si sine facto eius res sacra esse coeperit, aut Stichus ad libertatem pervenerit. Nec revocantur (5) in obligationem, si rursus lege aliqua et res sacra profana esse coeperit, et Stichus ex libero servus effectus sit, quoniam una atque eadem causa et liberandi, et obligandi esset, (6) quod aut dari non possit, aut dari possit. Nam et si navem, quam spondit, dominus dissolvit, et iisdem tabulis compegerit, quia eadem navis esset, inciperet obligari. Pro quo et illud dici posse Pedius scribit: si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, exspectare debeo, donec nascatur; et si natum sine culpa promissoris consumtum sit, rursus exspectare debeam, donec iterum nascatur, et dari possit, et per has vices aut cessaturam, aut valituram stipulationem. Sed haec dissimilia sunt; adeo enim quum liber homo promissus est, servitutis tempus spectandum (7) non

LXXVIII.—Nadie estipula útilmente una cosa suya, pero no estipula inútilmente el precio de una cosa suya; y á la verdad, se considera que estipulo válidamente «que se me restituya una cosa mía».

§ 1.—Si después de la mora del que lo promete hubiere fallecido un esclavo, está aquél, sin embargo, obligado lo mismo que si viviese el esclavo; y se considera que incurrió en mora el que prefirió litigar á restituirlo.

88. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXII.— El negocio se contrata entre el que estipula y el que promete; y así, prometiendo uno por otro «que éste dará ó hará», no se obliga; porque cada cual debe prometer por sí; y el que promete «que no hay y que no habrá dolo malo», no promete una simple negación, sino que él cuidará de que no haya dolo malo. Y lo mismo en estas estipulaciones: «que sea lícito tener», y también en esta: «que ni por tí, ni por tu heredero se hará que no se haga».

§ 1.—Si habiendo yo estipulado á Stico entendierra haberme referido á uno, y tú á otro, no se habrá hecho nada; lo que estima Arístón también en cuanto á los juicios. Pero en ellos es mejor decir, que se considera pedido aquel á quien se refirió el actor, porque la estipulación es válida por el consentimiento de ambos, y el juicio se pronuncia aun contra la voluntad de uno; y por esto se le ha de dar crédito más bien al actor, pues, de otra suerte, siempre negará el reo haber consentido.

§ 2.—Si estipulando yo á Stico ó á Pánfilo tú hubieres respondido que darás uno, es sabido que no estás obligado, y que no se respondió lo que se preguntó.

§ 3.—Diversa cosa es respecto á las sumas, por ejemplo: «¿prometes que se darán diez ó veinte?», porque en este caso, aunque hubieres prometido diez, se respondió convenientemente, porque tratándose de sumas se considera siempre que se promete la que es menor.

§ 4.—Asimismo, si yo estipulara varias cosas, por ejemplo, á Stico y á Pánfilo, estarás obligado aunque hubieres prometido uno solo; porque se considera que respondiste á una de las dos estipulaciones.

§ 5.—Inútilmente estipulo una cosa sagrada ó religiosa, ó dejada perpétuamente para los usos públicos, como un foro, una basilica, ó un hombre libre, aunque la cosa sagrada se puede hacer profana, y la dejada para usos públicos puede volver á usos privados, y de libre se puede uno hacer esclavo. Porque aun cuando alguno prometió que dará una cosa profana ó el esclavo Stico, se libra de la obligación, si sin hecho de él la cosa hubiere comenzado á ser sagrada, ó Stico hubiere llegado á la libertad. Y no vuelven á comprenderse en la obligación, si de nuevo por alguna ley la cosa sagrada hubiere comenzado á ser profana, y Stico de libre hubiera sido hecho esclavo, porque habría una misma causa para librarse de la obligación y para obligarse, porque ó no se podría dar, ó se podría dar. Porque también si el dueño deshizo la nave que prometió, y la hubiere reconstruido con las mismas tablas, comenzaría á obligarse, porque sería la misma nave. Por lo cual escribe Pedio, que también se puede decir esto: que si yo hubiere estipulado cien ánforas de vino de un fundo, debo esperar hasta que se haga; y si hecho se hubiera consumido sin culpa del que lo prometió, deberé esperar de nuevo hasta que

(1) perinde, Hal. Vulg.

(2) idem, Vulg.

(3) abfuturumve, Hal.

(4) res, inserta Hal. Vulg.

(5) revocatur, Hal.

(6) et, inserta Hal.

(7) exspectandum, Vulg.

esse, ut ne haec quidem stipulatio de homine libero probanda sit: «illum, quum servus esse coeperit, dare spondes?» item: «eum locum, quum ex sacro religiosove profanus esse coeperit, dari?» quia nec praesentis temporis obligationem recipere potest, et ea duntaxat, quae natura sui possibilis sunt, deducuntur in obligationem; vini autem non speciem (1), sed genus stipulari videmur, et tacite in ea tempus continetur; homo liber certa specie continetur, et casum adversamque fortunam spectari hominis liberi neque civile, neque naturale est; nam de his rebus negotium recte geremus, quae subitici usibus dominioque nostro statim possunt. Et navis si hac mente resoluta est, ut in alium usum tabulae destinarentur, licet mutato consilio perficiatur, tamen et perempta prior navis, et haec alia dicenda est; sed si reficiendae navis causa omnes tabulae reflexae sint, nondum intercidisse navis videtur, et compositis rursus eadem esse incipit, sicuti de aedibus deposita tigna ea mente, ut reponantur, aedium sunt; sed si usque ad aream deposita sint (2), licet eadem materia restituatur, alia erit. Hic tractatus etiam ad praetorias stipulationes pertinet, quibus de re restituenda cavetur, et an (3) eadem res sit, quaeritur.

§ 6.—Si rem, quam ex causa lucrativa stipulatus sum, nactus fuero ex causa lucrativa, evanescent stipulatio; sed et (4) si heres extitero, dominio (5) extinguatur stipulatio. Si vero a me herede defunctus eam legavit, potest agi ex stipulatu. Idemque esse, et si sub conditione legata sit, quia et si ipse debitor rem sub conditione legatam dedisset, non liberaretur; sed si conditione deficiente remanserit, petitio infirmabitur.

§ 7.—Stichum, qui decessit, si stipuler, si quidem condici etiam mortuus potuit, ut furi, utiliter me stipulatum Sabinus ait; si vero ex aliis causis, inutiliter, quia, etsi deberetur, morte promissor liberetur. Idem ergo diceret, et si mora facta defunctum stipularer.

§ 8.—Si quis ancillam sistere se in aliquo loco promiserit, quae praegnans erat, etsi sine partu eam sistat, in eadem causa eam sistere intelligitur.

84. IDEM libro LXXIV. ad Edictum.—Si insulam fieri stipulatus sim, et transierit tempus, quo potueris facere, quamdiu litem contestatus non sim, posse te facientem liberari placet; quodsi iam litem contestatus sim, nihil tibi prodesse, si aedifices.

(1) Según corrección del código Fl., Br.; specie, la escritura original; species, Taur.

(2) Hal. Vulg.; sit, el código Fl.

(3) an, considérase añadida por antiguos copistas.

otra vez se haga, y se pueda dar, y por estas vicisitudes ó cesará, ó será válida la estipulación. Pero estas cosas son desemejantes; porque de tal modo cuando se prometió un hombre libre no se ha de atender al tiempo de la esclavitud, que ciertamente no se ha de admitir ni esta estipulación sobre un hombre libre: «¿prometes dar aquél, cuando hubiere comenzado á ser esclavo?» ni tampoco: «¿que se dará este lugar, cuando de sagrado ó religioso hubiere comenzado á ser profano?» porque no puede ser susceptible de obligación en el tiempo presente, y se comprenden en una obligación solamente las cosas que por su naturaleza son posibles; pero se considera que del vino no estipulamos la especie, sino el género, y en la estipulación se comprende tácitamente el tiempo; el hombre libre se contiene en cierta especie, y no es conforme al derecho civil, ni al natural, que se espere la desgracia ó la adversa fortuna de un hombre libre; porque hacemos válidamente negocio sobre aquellas cosas que desde luego pueden ser sometidas á nuestros usos y dominio. Y si la nave fué deshecha con la intención de que sus tablas sean destinadas á otro uso, aunque cambiado el designio sea reconstruida, se ha de decir, sin embargo, que pereció la primera nave, y que esta es otra; pero si se desclavaron todas las tablas para reconstruir la nave, todavía no se considera que pereció la nave, y recompuestas aquéllas comienza á ser la misma, así como, tratándose de una casa, las maderas quitadas para ser puestas otra vez, son de la casa; pero si los materiales hubieran sido demolidos hasta el suelo, aunque se vuelvan á poner los mismos materiales, será otra. Esta exposición es aplicable también á las estipulaciones pretorias, en las que se da caución de restituir la cosa, y se examina si la cosa es la misma.

§ 6.—Si yo hubiere obtenido por causa lucrativa la cosa que por causa lucrativa estipulé, se extingue la estipulación; pero también si yo hubiere quedado heredero, se extingue con el dominio la estipulación. Mas si el difunto la lega á mi cargo, siendo yo heredero, se puede ejercitar la acción de lo estipulado. Y lo mismo es, también si hubiera sido legada bajo condición, porque aunque el mismo deudor hubiese dado la cosa legada bajo condición, no quedaría libre; pero si subsistiese faltando la condición, se invalidará la demanda.

§ 7.—Si yo estipulara el esclavo Stico, que murió, dice Sabino, que si verdaderamente pudo ser reclamado por la condición aunque muerto, como á un ladrón, yo estipulé útilmente; pero que, si por otras causas, estipulé inútilmente porque, aunque fuese debido, el prometedo quedaría libre de la obligación con la muerte. Luego lo mismo diría, también si, habiéndose causado mora, yo estipulase el que había fallecido.

§ 8.—Si alguno hubiere prometido que él haría comparecer en algún lugar una esclava, que estaba embarazada, aunque la haga comparecer sin el parto, se entiende que la hace comparecer en la misma condición.

84. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXIV.—Si yo hubiera estipulado que se haga una casa, y hubiere transcurrido el tiempo en que hubieres podido hacerla, está determinado que mientras yo no haya contestado la demanda puedes librarte de la obligación haciéndola; pero si ya hubiera yo contestado la demanda, de nada te aprovecha, si la edificaras.

(4) Hal.; et, omitela el código Fl.

(5) Taur. según la escritura original; domino, la corrección del código Fl., Br.

**85. IDEM libro LXXV. ad Edictum.** — In executione obligationis sciendum est, quatuor causas esse; nam interdum est aliquid, quod a singulis heredibus divisim (1) consequi possumus; aliud, quod totum peti necesse est, nec divisim (2) praestari potest; aliud, quod pro parte petitur, sed solvi, nisi totum, non potest; aliud, quod solidum petendum est, licet in solutione admittat sectionem (3).

§ 1.—Prima species pertinet ad promissorem pecuniae certae; nam et petitio, et solutio ad portiones hereditarias spectat.

§ 2.—Secunda ad opus, quod testator fieri iusserit; nam singuli heredes in solidum tenentur, quia operis effectus in partes scindi non potest.

§ 3.—Quodsi stipulatus fuero: «per te heredemve tuum non fieri, quominus eam agam; si adversus ea factum sit, tantum dari?» et unus ex pluribus heredibus promissoris me prohibeat, verior est sententia existimantium, unius facto omnes teneri, quoniam, licet ab uno prohibeor, non tamen in partem prohibeor; sed ceteri (4) familiae eriscundre iudicio sarcient damnum.

§ 4.—Pro parte autem peti, solvi autem nisi totum non potest, veluti quum stipulatus sum hominem incertum; nam petitio eius scinditur, solvi vero nisi solidus (5) non potest; alioquin in diversis hominibus recte partes solventur (6); quod non potuit defunctus facere, ne, quod stipulatus sum, (7) consequar. Idem iuris est, et si quis decem millia (8), aut hominem promiserit.

§ 5.—In solidum vero agi oportet, et partis solutio affert liberationem, quum ex causa evictionis intendimus; nam auctoris heredes in solidum denuntiandi sunt, omnesque debent subsistere, et quolibet defugiente omnes tenebuntur; sed unicuique pro parte hereditaria praestatio iniungitur.

§ 6.—Item si ita stipulatio facta sit: «si fundus Titianus datus non erit, centum dari?» nisi totus detur, poena committitur centum; nec prodest partes fundi tradere (9) cessante uno, quemadmodum non prodest ad pignus liberandum partem creditori solvere.

§ 7.—Quicumque sub conditione obligatus curaverit, ne conditio existeret, nihilominus obligetur.

**86. ULPIANUS libro LXXIX. ad Edictum.** — Quod dicitur, tot stipulationes esse, quot res, ibi locum habet, ubi res exprimuntur stipulatione (10); ceterum si non fuerint expressae, una est stipulatio.

**87. PAULUS libro LXXV. ad Edictum.** — Nemo rem suam futuram in eum casum, qua sua fit, utiliter stipulatur.

**88. IDEM libro VI. ad Plautium.** — Mora rei fideiussori quoque nocet. Sed si fideiussor servum

**85. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro LXXV.** — Se ha de saber, que en la ejecución de la obligación hay cuatro causas; porque á veces hay alguna cosa que podemos conseguir por parte de cada uno de los herederos; otra cosa, que es necesario que se pida íntegra, y que no se puede entregar por partes; otra, que se pide por partes, pero que no se puede entregar sino entera; y otra, que se ha de pedir íntegra, pero que en el pago admite división.

§ 1.—La primera especie se refiere al promovedor de una suma cierta; porque así la demanda como el pago se refieren á las porciones de herencia.

§ 2.—La segunda se refiere á una obra, que el testador hubiere dispuesto que se haga; pues cada heredero está obligado á la totalidad, porque la ejecución de una obra no se puede dividir en partes.

§ 3.—Pero si yo hubiere estipulado: «¿prometes que ni por tí ni por tu heredero se hará que yo no pase ó conduzca, y que si contra esto se hubiera obrado se dará tanto?» y uno solo de los muchos herederos del promovedor me lo impidiera, es más verdadera la opinión de los que estiman que por el hecho de uno solo quedan todos obligados, porque, aunque se me prohíbe por uno solo, no se me prohíbe, sin embargo, en parte; pero los demás resarcirán el daño en el juicio de partición de herencia.

§ 4.—Mas se puede pedir por partes, pero no se puede entregar sino la totalidad, por ejemplo, cuando estipulé un esclavo incierto; porque se divide su demanda, pero no puede ser entregado sino entero; de otra suerte, se pagarán convenientemente las partes en diversos esclavos; y esto no lo pudo hacer el difunto, ni yo conseguiría con ello lo que estipulé. El mismo derecho hay, también si alguien hubiere prometido diez mil, ó un esclavo.

§ 5.—Mas se debe ejercitar la acción por la totalidad, y el pago de una parte produce la liberación, cuando demandamos por causa de evicción; porque han de ser demandados solidariamente los herederos del derecho-causante, y todos deben comparecer, y ausentándose cualquiera todos quedarán obligados; pero á cada uno se le impone el pago según su porción de herencia.

§ 6.—Asimismo, si la estipulación hubiera sido hecha de este modo: «¿prometes que se darán ciento, si no hubiere sido dado el fundo Ticiano?» se incurre en la pena de los ciento, si no fuese dado todo; y no aprovecha entregar las partes del fundo faltando uno, así como no aprovecha para liberar una prenda pagarle una parte al acreedor.

§ 7.—El que obligado bajo condición hubiere procurado que no se cumpliese la condición, quedará, sin embargo, obligado.

**86. ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro LXXIX.** — Lo que se dice, que hay tantas estipulationes como cosas, tiene lugar allí donde en la estipulación se expresan las cosas; pero si no se hubieren expresado, la estipulación es una sola.

**87. PAULO; Comentarios al Edicto, libro LXXV.** — Nadie estipula útilmente que una cosa haya de ser suya para el caso en que se hace suya.

**88. EL MISMO; Comentarios á Plaucio, libro VI.** — La morosidad del reo le perjudica también al

(1) Hal. Vulg.; divisum, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; divisum, el código Fl.

(3) El código citado por Br.; in solutionem admittat sectionem, Taur. según el código Fl.; in solutionem admittat partis sectionem, Hal.

(4) ceteris — sarciet, Hal. Vulg.

(5) in solidum, Hal. Vulg.

(6) solventur, Hal. Vulg.

(7) non, inserta Vulg.

(8) millia, omittenda Hal. Vulg.

(9) dari Hal.

(10) Hal. Vulg.; stipulationi, el código Fl.

obtulit, et reus moram fecit, mortuo Sticho fideius-  
sori succurrendum est. Sed si fideiussor hominem  
occiderit, reus liberatur, fideiussor autem ex sti-  
pulatione conveniri potest.

89. *Idem libro IX. ad Plautium.* — Si a colono,  
cui fundum in quinquennium locaveram, post tres  
annos ita stipulatus fuero: «quidquid te dare facere  
oportet?» non amplius in stipulationem deducitur,  
quam quod iam dari oportet; in stipulatione enim  
deducitur quod iam dari oportet (1); si autem  
adiiciatur: «oportebitve», etiam futura obligatio  
deducitur.

90. *Pomponius libro III. ex Plautio.* — Quum  
stipulati sumus pro usuris legitimis poenam in sin-  
gulos menses, si sors soluta non sit, etiamsi sortis  
obligatio in iudicium sit deducta, adhuc tamen  
poena crescit, quia verum est, solutam pecuniam  
non esse.

91. *Paulus libro XVII. ad Plautium.* — Si ser-  
vum stipulatus fuero, et nulla mora intercedente  
servus decesserit, si quidem occidat eum promi-  
sso, expeditum est, sin autem negligat infirmum, an  
teneri debeat promissor? considerantibus, utrum,  
quemadmodum in vindicatione hominis, si negle-  
ctus a possessore fuerit, culpa huius nomine te-  
netur possessor, ita et quum dari promisit, an  
culpa, quod ad stipulationem attinet, in faciendo  
accipienda sit, non in non faciendo? Quod magis  
probandum est, quia, qui dari promisit, ad dan-  
dum, non faciendum tenetur.

§ 1.—Sed si sit quidem res in rebus humanis,  
sed dari non possit, ut fundus religiosus, puta, vel  
sacer factus, vel servus manumissus, vel etiam ab  
hostibus si capiatur, culpa in hunc modum diiudi-  
catur, ut, si quidem ipsius promissoris res vel tem-  
pore stipulationis, vel postea fuerit, et quid eorum  
acciderit, nihilominus teneatur. Idemque fiat, et  
si per alium, posteaquam ab hoc alienatus sit, id  
contigerit (2). Sin autem alienus fuit, et ab alio  
tale quid accidit, non tenetur, quia nihil fecit, nisi  
si, posteaquam moratus est solutionem, aliquid  
huiusmodi acciderit; quam distinctionem et Iulia-  
nus sequitur. Item si homo, qui fuit promissoris,  
ex praecedenti causa ablati ei fuerit, quod statu-  
liber fuit, perinde habendus sit, ac si alienum pro-  
misset, quia (3) sine facto ipsius desiit eius esse.

§ 2.—De illo quaeritur, an et is, qui nesciens se  
debere occiderit, teneatur; quod Iulianus putat in  
eo, qui, quum nesciret a se petitum codicillis, ut  
restitueret, manumisit.

§ 3.—Sequitur videre de eo, quod veteres consti-  
tuerunt, quoties culpa intervenit debitoris, perpetu-  
ari obligationem, quemadmodum intelligendum  
sit. Et quidem si effecerit promissor, quominus sol-

fiador. Pero si el fiador ofreció el esclavo, y el reo  
incurrió en mora, muerto el esclavo Stico, se ha de  
auxiliar al fiador. Pero si el fiador hubiere matado  
al esclavo, el reo se libera, mas el fiador puede ser  
demandado en virtud de la estipulación.

89. *EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro IX.*  
— Si de un colono, á quien yo le había dado un  
fundo en arrendamiento por un quinquenio, hubie-  
re yo estipulado después de tres años así: «promete-  
res todo lo que es menester que des ó hagas?» no  
se comprende en la estipulación más que lo que ya  
era menester dar; porque en la estipulación se com-  
prende lo que ya era menester dar; mas si se aña-  
diera: «ó será menester», se comprende también la  
obligación futura.

90. *Pomponio; Doctrina de Plautio, libro III.* —  
Cuando por los intereses legales hemos estipulado  
pena para cada mes, si no se hubiera pagado el ca-  
pital, aunque haya sido llevada á juicio la obliga-  
ción del capital, crece, sin embargo, todavía la pe-  
na, porque es verdad que no se pagó el dinero.

91. *Paulo; Comentarios á Plautio, libro XVII.*  
— Si yo hubiere estipulado un esclavo, y no me-  
diando mora alguna hubiere fallecido el esclavo,  
el caso es expedito, si es que lo mató el que lo pro-  
metió; mas si lo desatendiera estando enfermo, ¿de-  
berá estar obligado el prometedor, considerando,  
que, así como en la reivindicación de un esclavo,  
si hubiere sido desatendido por el poseedor, el po-  
seedor está obligado por razón de esta culpa, así  
también cuando prometió que se daría, se habrá  
de admitir la culpa, por lo que atañe á la estipula-  
ción, en la de hacer, no en la de no hacer? Y esto  
es lo que más bien se ha de admitir, porque el que  
prometió dar, está obligado á dar, no á hacer.

§ 1.—Pero si la cosa existiera ciertamente, mas  
no pudiera ser dada, como por ejemplo, un fundo  
religioso, ó hecho sagrado, ó un esclavo manumiti-  
do, ó también uno que estuviera aprisionado por los  
enemigos, la culpa se determina de este modo, que  
si verdaderamente la cosa fuere del mismo prome-  
tedor ó al tiempo de la estipulación ó después, y  
hubiere acontecido algo de esto, quede él, sin em-  
bargo, obligado. Y lo mismo se hará, también si  
esto hubiere acontecido por medio de otro, después  
que por éste hubiera sido enajenado. Mas si el es-  
clavo fué de otro, y aconteció algo de esto por cau-  
sa de otro, no estará él obligado, porque nada hizo,  
á no ser que hubiere acontecido algo de esto, des-  
pués que fué moroso para el cumplimiento; cuya  
distinción adopta también Juliano. Asimismo, si  
el esclavo, que fué del que lo prometió, le hubiere  
sido quitado por una causa anterior, porque fué  
instituído libre bajo condición, ha de ser él consi-  
derado lo mismo que si hubiese prometido uno aje-  
no, porque sin hecho de él mismo dejó de ser suyo.

§ 2.—Se pregunta si estará también obligado el  
que lo hubiere matado ignorando que él lo debía;  
y esto opina Juliano en cuanto al que lo manumi-  
tió, ignorando que en codicilos se le pidió que lo  
restituyese.

§ 3.—Corresponde ver respecto á lo que los anti-  
guos establecieron, que siempre que interviene cul-  
pa del deudor se perpetúa la obligación, cómo haya  
de ser entendido. Y si verdaderamente hubiere he-

(1) in stipulatione enim deducitur, quod iam dari oportet,  
omittentias Hal. Vulg.

(2) Según corrección del códice Fl.; contingerit, Taur.  
según la escritura original, Br.

(3) Taur. al margen; qua, en el texto.

vere possit, expeditum intellectum habet constitutio; si vero moratus sit tantum, haesitatur, an, si postea in mora non fuerit, extinguatur superior mora. Et Celsus adolescens scribit, eum, qui moram fecit in solvendo Stichum, quem promiserat, posse emendare eam moram postea offerendo; esse enim hanc quaestionem de bono et aequo; in quo genere plerumque sub auctoritate iuris scientiae perniciosae, inquit, erratur. Et sane probabilis haec sententia est, quam quidem et Iulianus sequitur; nam dum quaeritur de damno, et par utriusque causa sit, quare non potentior sit, qui teneat, quam qui persequitur?

§ 4.—Nunc videamus, in quibus personis haec constitutio locum habet; quae inspectio duplex est, ut primo quaeramus, quae personae efficiant perpetuam obligationem, deinde quibus eam producant. Utique autem principalis debitor perpetuat obligationem; accessiones (1) an perpetuent, dubium est. Pomponio perpetuari placet; quare enim factio suo fideiussor suam obligationem tollat? Cuius sententia vera est; itaque perpetuatur obligatio tam (2) ipsorum, quam (3) successorum eorum (4); accessionibus quoque suis, id est fideiussoribus, perpetuant obligationem, quia in totam causam sponderunt.

§ 5.—An filiusfamilias, qui iussu patris promisit, occidendo servum producat patris obligationem, videndum est; Pomponius producere putat, scilicet quasi accessionem intelligens eum, qui iubeat.

§ 6.—Effectus huius constitutionis ille est, ut adhuc homo peti possit. Sed et acceptum ei posse ferri (5) creditur, et fideiussorem accipi eius obligationis nomine. Novari autem an possit haec obligatio, dubitationis est, quia neque hominem, qui non est, neque pecuniam, quae non debetur, stipulari possumus. Ego puto novationem fieri posse, si hoc actum inter partes sit; quod et Iuliano placet.

92. IDEM libro XVIII. ad Plautium.— Si ita stipuler: «per te non fieri, quominus mihi heredique meo vindemiam tollere liceat?» etiam heredi datur actio.

93. IDEM libro III. ad Vitellium.— Si sic stipulatus fuero: «per te non fieri, quominus hominem ex his, quos habes, sumam?» electio mea erit.

94. MARCELLUS (6) libro III. Digestorum.— Triticum dare oportere stipulatus est aliquis; factio quaestio est, non iuris. Igitur si de aliquo tritico cogitaverit, id est certi generis, certae quantitatis, id habebit pro expresso; alioquin, si, quum destinare genus et modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur, igitur ne unum quidem modium.

95. IDEM libro V. Digestorum.— Qui insulam fieri stipulatur, ita demum acquirit obligationem, si apparet, quo in loco fieri insulam voluerit, si et ibi insulam fieri interest eius.

(1) accessores, Vulg.

(2) in, insertan Hal. Vulg.

(3) in, insertan Hal. Vulg.

cho el prometedor que no pueda pagar, la Constitución tiene fácil inteligencia; pero si solamente hubiera sido moroso, se duda, si, no habiendo sido después moroso, se extinguirá la mora anterior. Y escribe Celso, el joven, que el que incurrió en mora en entregar el esclavo Stichum, que había prometido, puede enmendar esta morosidad ofreciéndolo después; porque esta es una cuestión de bondad y de equidad; en cuyo género de cuestiones se yerra, dice, perniciosamente muchas veces atendiendo á la autoridad de la ciencia del derecho. Y verdaderamente es admisible esta opinión, que ciertamente sigue también Juliano; porque cuando se cuestiona sobre el daño, y es igual la causa de uno y de otro, ¿por qué no será preferente el que tiene sobre el que persigue?

§ 4.—Veamos ahora respecto á qué personas tendrá lugar esta constitución; cuyo examen es doble, á fin de que primeramente investiguemos qué personas hacen perpétua la obligación, y después para quiénes la producen. Mas ciertamente perpétua la obligación el deudor principal; y es dudoso si la perpetuarán los fiadores. A Pomponio le parece bien que la perpetúen; porque ¿cómo el fiador extinguirá con un hecho suyo su obligación? Cuya opinión es verdadera; y así, se perpetúa la obligación tanto de ellos mismos como de sus sucesores; y perpetúan la obligación también para sus mediadores, esto es, fiadores, porque prometieron por toda la causa.

§ 5.—Se ha de ver si el hijo de familia, que por mandato del padre lo prometió, produzca, matando al esclavo, la obligación del padre; Pomponio opina que la produce, á saber, como si entendiera que es accesorio el que manda.

§ 6.—El efecto de esta constitución es que se pueda pedir todavía el esclavo. Pero también se cree que se le pueda dar por cumplido, y que se puede recibir fiador por razón de su obligación. Mas hay duda sobre si se podrá novar esta obligación, porque no podemos estipular ni el esclavo que no existe, ni el dinero que no se debe. Yo opino, que se puede hacer novación, si esto se hubiera tratado entre las partes; de cuyo parecer es también Juliano.

92. EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro XVIII.— Si yo estipulara así: «prometes que por tí no se hará que ni á mí ni á mi heredero no nos sea lícito recoger la vendimia?» se le da la acción también al heredero.

93. EL MISMO; Comentarios á Vitelio, libro III.— Si así hubiere yo estipulado: «prometes que por tí no se hará que yo no tome un esclavo de los que tienes?» la elección será mía.

94. MARCELO; Digesto, libro III.— Uno estipuló que se le debía dar trigo; la cuestión es de hecho, no de derecho. Así, pues, si aquél hubiere entendido referirse á algún trigo, esto es, á trigo de cierta clase y en cierta cantidad, se tendrá esto por expresado; de otra suerte, si al querer determinar la clase y la cantidad no lo hizo, se considera que no estipuló nada, ciertamente ni un solo modio.

95. EL MISMO; Digesto, libro V.— El que estipula que se haga una casa adquiere la obligación solamente de este modo, si aparece en qué lugar haya querido que se haga la casa, si también le interesa que allí se haga la casa.

(4) persona, insertan Hal. Vulg.

(5) Hal. Vulg.; ferre, el código Fl.

(6) Idem, Hal.

**96. IDEM libro XII. Digestorum.**—Qui servum mihi ex stipulatu debebat, si in facinore eumprehenderit, impune eum occidit; nec utilis actio erit in eum constituenda.

**97. CELSUS libro XXVI. Digestorum.**—Si ita stipulatus fuero: «te sisti; nisi steteris (1), hippocentaurum dari?» proinde erit, atque te sisti solummodo stipulatus essem.

§ 1.—Possum utiliter a te ita stipulari: «Titii nomine te soluturum?» neque enim hoc simile est illi: «Titium (2) daturum?» sed ex ea stipulatione, dum interest mea, agere (3) possum; et ideo si locuples sit Titius, nihil ex hac stipulatione consequi possim; quid enim mea interest id a te fieri, quod, si non feceris, aequae salvam pecuniam habiturus sum?

§ 2.—«Si tibi nupsero, decem dari spondes?» causa cognita denegandam actionem puto; nec raro probabilis causa eiusmodi stipulationis est. Item si vir a muliere eo modo non in dotem stipulatus est.

**98. MARCELLUS libro XX. Digestorum.**—Existimo posse id, quod meum est, sub conditione stipulari, item viam stipulari ad fundum posse, quamquam interim fundum non sit meus; aut si hoc verum non est, et alienum fundum sub conditione stipulatus fuero, isque ex lucrativa causa meus esse coeperit, confestim perimeretur stipulatio; et si fundi dominus sub conditione viam stipulatus fuerit, statim fundo alienato evanescit stipulatio; et maxime secundum illorum opinionem, qui etiam ea, quae recte constituerunt, resolvi putant, quum in eum casum reciderunt, a quo non potuissent consistere.

§ 1.—Ex hac stipulatione: «insulam fulciri spondes?» quando nascatur actio, quaeritur; et utique non est (4) expectandum, ut ruat; nec enim nihil stipulatoris interest, fultam potius esse, quam non esse; nec tamen recte agetur, si nondum praeterierit temporis tantum, quo fulcire potuerit redemptor.

**99. CELSUS libro XXXVIII. Digestorum.**—Quid adstringendae obligationis est, id, nisi palam verbis exprimitur, omissum intelligendum est; ac fere secundum promissorem interpretamur, quia stipulatori liberum fuit verba late concipere. Nec rursum promissor ferendus est, si eius intererit, de certis potius vasis forte, aut hominibus actum.

§ 1.—Si stipulatus hoc modo fuero: «si intra biennium Capitolium non ascenderis, dari?» non nisi praeterito biennio recte petam; nam et si ambigua verba sunt, sic tamen exaudiuntur, si immutabiliter verum fuit, te Capitolium non ascendisse.

**100. MODESTINUS libro VIII. Regularum.**—Con-

**96. EL MISMO; Digesto, libro XII.**—El que en virtud de lo estipulado me debía un esclavo, si lo descubriere en un delito lo mata impunemente; y no se habrá de dar contra él la acción útil.

**97. CELSO; Digesto, libro XXVI.**—Si yo hubiere estipulado así: «¿prometes que tú comparecerás, y que si no comparecieras me darás un hipocentaurero?» será lo mismo que si yo hubiese estipulado solamente que comparecerás.

§ 1.—Puedo estipular útilmente «de tí» en esta forma: «¿prometes que pagarás en nombre de Ticio?» porque ello no es semejante a esto: «¿prometes que dará Ticio?» sino que en virtud de aquella estipulación puedo, cuando me interesa, ejercitar acción; y por lo tanto, si Ticio fuera solvente, no podré conseguir nada en virtud de esta estipulación; porque ¿qué me interesa que se haga por tí aquello, cuando, si no lo hicieras, habré de tener igualmente á salvo el dinero?

§ 2.—«¿Prometes que se me darán diez, si me casare contigo?» Opino que con conocimiento de causa se habrá de denegar la acción; y no es raro que sea admisible la causa de esta estipulación. Asimismo, si el marido estipuló de la mujer de este modo, no para la dote.

**98. MARCELO; Digesto, libro XX.**—Estimo que puedo estipular bajo condición lo que es mío, y que también puedo estipular servidumbre de vía para un fundo, aunque entretanto el fundo no sea mío; ó si esto no es verdad, y yo hubiere estipulado bajo condición un fundo ajeno, y éste hubiere comenzado á ser mío por causa lucrativa, se extinguiría inmediatamente la estipulación; y si el dueño del fundo hubiere estipulado bajo condición la servidumbre de vía, la estipulación se extingue inmediatamente que el fundo fué enajenado; y principalmente, según el parecer de los que opinan que se invalida también lo que con arreglo á derecho establecieron, cuando llegó á un caso en el que no habría podido subsistir.

§ 1.—En virtud de esta estipulación: «¿prometes reparar la casa?» se pregunta cuándo nace la acción; y ciertamente que no se ha de esperar á que se arruine; porque no deja de interesarle al estipulante que sea reparada más bien que no lo sea; pero no se ejercerá debidamente la acción, si aun no hubiere transcurrido todo el tiempo en que hubiere podido repararla el contratista.

**99. CELSO; Digesto, libro XXXVIII.**—Todo lo que tiene por objeto restringir la obligación se ha de considerar que se omitió, si no se expresa claramente con las palabras; y de ordinario lo interpretamos á favor del que promete, porque el estipulante fué libre para emplear con latitud las palabras. Y á su vez tampoco se le ha de tolerar al que promete, si á él le interesara acaso que se haya tratado más bien de ciertos vasos, ó esclavos.

§ 1.—Si yo hubiere estipulado de este modo: «¿prometes dar, si dentro de un bienio no hubieres subido al Capitolio?» no pediré convenientemente sino transcurrido el bienio; porque aunque las palabras son ambiguas, se entienden, sin embargo, así, si ciertamente fué verdad que no subiste al Capitolio.

**100. MODESTINO; Reglas, libro VIII.**—La con-

(1) Véase el fr. 81, página 538.; stiteris, Hal.  
(2) te por Titium, Vulg.

(3) tecum, inserta Vulg.  
(4) est, considerase añadida por antiguos copistas.

ditio in praeteritum, non tantum in (1) praesens tempus relata statim aut perimit obligationem, aut omnino non differt.

101. IDEM libro IV. *Praescriptionibus*.—Puberes sine curatoribus suis possunt ex stipulatu obligari.

102. IDEM libro V. *Responsorum*.—Venditores emtori caverant pro evictione, quanti eius interest; sed et specialiter agnituros, si in lite mota sumtus fecisset, (2) emtori stipulanti promiserant; post mortem emtoris unus ex venditoribus ad iudicium vocavit (3), pretium sibi deberi dicens, heredes eius, qui sumtus (4) in defensione causae factos, quum probarent pretium solutum fuisse, ex stipulatione petebant; Modestinus respondit, si in (5) eas impensas venditores promiserunt, quae ob litem de proprietate institutam factae essent, minime ex stipulatu peti posse, quod erogatum (6) est, dum alter ex venditoribus pretium, quod iam fuerat exsolutum, petit.

103. IDEM libro V. *Pandectarum*.—Liber homo in stipulatum deduci non potest, quia nec dari oportere intendi, nec aestimatio eius praestari potest, non magis, quam si quis dari stipulatus fuerit mortuum hominem, aut fundum hostium.

104. IAVOLENUS (7) libro XI. *ex Cassio*.—Quum servus pecuniam pro libertate pactus est, et ob eam rem reum dedit, quamvis servus ab alio manumissus est, reus tamen recte obligabitur, quia non quaeritur, a quo manumittatur, sed ut manumittatur.

105. IDEM libro II. *Epistolarum*.—Stipulatus sum, Damam aut Erotem (8) servum dari; quum Damam dares, ego, quominus acciperem, in mora fui; mortuus est Dama, an putes, me ex stipulatu actionem habere? Respondit, secundum Massurii Sabini opinionem puto te ex stipulatu agere non posse; nam is recte existimabat, si per debitorem mora non esset, quominus id, quod debebat, solveret, continuo eum debito liberari.

106. IDEM libro VI. *Epistolarum*.—Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, unum fundum sine ulla nota demonstrationis stipuletur, incertum stipulatur, id est eum fundum stipulatur, quem promissor dare voluerit; tamdiu autem voluntas promissoris in pendentem est, quamdiu id, quod promissum est, solvatur.

107. IDEM libro VIII. *Epistolarum*.—Utrum turpem talem stipulationem putes, an non, quaero: pater naturalis filium, quem Titius habebat in adoptionem, heredem instituit, si patria potestate liberatus esset; pater eum adoptivum (9) non alias emancipari (10) voluit, quam si etiam (11) dedisset, a

dición referida al tiempo pasado, no solamente al presente, ó extingue inmediatamente la obligación, ó en absoluto no la difiere.

101. EL MISMO; *De las Prescripciones, libro IV*.—Los púberos pueden obligarse por estipulación sin sus curadores.

102. EL MISMO; *Respuestas, libro V*.—Unos vendedores le habían dado caución al comprador por la evicción, por cuanto le interesase; pero estipulándolo el comprador le habían prometido también especialmente que pagarían los gastos, si él los hubiese hecho en litigio promovido; después de la muerte del comprador uno solo de los vendedores citó á juicio, diciendo que se le debía el precio, á los herederos de aquél, los cuales, probando que fué pagado el precio, pedían en virtud de la estipulación los gastos en la defensa de la causa; Modestino respondió, que si los vendedores prometieron respecto á los gastos que hubiesen sido hechos por causa de litigio promovido sobre la propiedad, no se podía de ningún modo pedir en virtud de lo estipulado lo que se gastó, cuando uno de los vendedores pide el precio, que ya había sido pagado.

103. EL MISMO; *Pandectas, libro V*.—Un hombre libre no puede ser comprendido en estipulación, porque ni se debe pedir que se dé, ni se puede pagar, su estimación, no de otra suerte que si alguno hubiere estipulado un esclavo fallecido, ó un fundo de los enemigos.

104. IAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro XI*.—Cuando un esclavo pactó dinero por su libertad, y por virtud de este negocio dió un deudor, aunque el esclavo haya sido manumitido por otro, estará, sin embargo, debidamente obligado el deudor, porque no importa por quién sea manumitido, sino que sea manumitido.

105. EL MISMO; *Epistolas, libro II*.—Estipulé que se me daría el esclavo Damas ó Eros; al darme tú el esclavo Damas fui moroso en recibirlo; murió Damas, ¿opinas que tengo la acción de lo estipulado? Respondió, que, según el parecer de Massurio Sabino, opinaba que no podías ejercitar la acción de lo estipulado; porque él opinaba con razón, que si en el deudor no hubiese habido morosidad en pagar lo que debía, él quedaba inmediatamente libre de la deuda.

106. EL MISMO; *Epistolas, libro VI*.—El que de varios fundos, á los que se les había puesto el mismo nombre, estipula un solo fundo sin nota alguna de designación, estipula una cosa incierta, esto es, estipula el fundo que el prometedor quisiere darle; mas la voluntad del que promete está en suspenso hasta tanto que se paga lo que se prometió.

107. EL MISMO; *Epistolas, libro VIII*.—Pregunto si opinas que es, ó no, torpe esta estipulación: un padre natural instituyó heredero al hijo, que Ticio tenía en adopción, si hubiese sido librado de la patria potestad; el padre no quiso que fuese emancipado este hijo adoptivo de otra suerte, sino si le hu-

(1) Hal.; in, *omittela el códice Fl.*  
 (2) et, *inserta Hal.*  
 (3) heredes, *inserta Vulg.*  
 (4) heredesque eius sumtus, *Vulg.*  
 (5) in, *omittenda Hal. Vulg.*  
 (6) Taur. según corrección del códice Fl.; rogatum, la escritura original, Br.

(7) Venuleius, Hal.  
 (8) Hal. Vulg.; Erotem, el códice Fl.  
 (9) Taur. según la escritura original; adoptivus, la corrección del códice Fl., Br.  
 (10) emancipare, Hal. Vulg.  
 (11) et, al margen interior del códice Fl.

quo stipularetur, certam summam, si eum manumisisset; post emancipationem adit (1) heres filius, petit nunc pecuniam pater ex stipulatione supra relata. Respondit: non puto turpem esse causam stipulationis, utpote quum aliter filium emancipaturus non fuerit; nec potest videri iniusta causa stipulationis, si aliquid adoptivus pater habere voluerit, propter quod a filio post emancipationem magis curaretur.

108. IDEM libro X. *Epistolarum*. — A Titio ita stipulatus sum: «si qua mihi nupserit, decem dotis eius nomine dare spondes?» quaerebatur, an consistat talis stipulatio. Respondit: si stipulanti mihi dos ita promissa est: «quamcunque uxorem duxero, dotis eius nomine decem dare spondes?» nihil in causa est, quare ea pecunia conditione expleta non debeatur; nam quum conditio etiam ex incertae personae facto parere obligationem possit, veluti: «si quis in Capitolium ascenderit, decem dare spondes?» (2) Si quis a me decem petierit, tot dare spondes?» cur non idem (3) et in dote promissa respondeatur, ratio reddi non potest.

§ 1.—Nulla promissio potest consistere, quae ex voluntate promittentis statum capit.

109. POMPONIUS libro III. *ad Quintum Mucium*. — Si ita stipulatus fuero: «decem aut quindecim dabis?» decem debentur; item si ita: «post annum aut biennium dabis?» post biennium debentur, quia in stipulationibus id servatur, ut, quod minus esset, quodque longius, esse videretur in obligationem deductum.

110. IDEM libro IV. *ad Quintum Mucium*. — Si mihi et Titio, in cuius potestate non sim, stipuler decem, non tota decem, sed sola quinque mihi debentur; pars enim aliena (4) deducitur, ut, quod extraneo inutiliter stipulatus sum, non augeat meam partem.

§ 1.—Si stipulatus fuero de te: «vestem tuam, quaecunque muliebris est, dare spondes?» magis ad mentem stipulantis, quam ad mentem promittentis id referri debeat, ut, quid in re sit, aestimari debeat, non quid senserit promissor; itaque si solutus fuerat promissor muliebri quadam veste uti, nihilominus debetur.

111. IDEM libro V. *ad Quintum Mucium*. — Si stipulatus fuero: «per te non fieri, quominus mihi illa domo uti liceat?» an etiamsi me non prohibeas, uxorem autem meam prohiberes, vel contra uxorem mea stipulata me prohibeas, an committatur stipulatio? Et satius (5) est haec verba sic accipi; nam et si stipulatus fuero, per te non fieri, quominus mihi via, itinere, actu uti liceat, et si non me, sed alium nomine meo ingredientem prohibeas, sciendum erit, committi stipulationem.

biese dado también alguien, de quien la estipulara, cierta suma, si lo hubiese manumitido; después de la emancipación el hijo, heredero, adió la herencia, y ahora pide el padre la cantidad en virtud de la estipulación antes expuesta. Respondió: no creo que sea torpe la causa de la estipulación, por cuanto de otro modo él no habría de haber emancipado al hijo; y no se puede considerar injusta la causa de la estipulación, si el padre adoptivo hubiere querido tener alguna cosa, por razón de la que fuese más bien atendido por el hijo después de la emancipación.

108. EL MISMO; *Epistolas*, libro X. — Estipulé de Ticio de este modo: «¿si alguna se casare conmigo, prometes darme diez á título de dote de ella?» Se preguntaba si era válida esta estipulación. Respondió: si al estipularla se me prometió así la dote: «¿prometes darme diez á título de dote de ella, cualquiera que fuese la que yo tomare por mujer?» no hay en causa nada por lo que no se deba este dinero cumplida la condición; porque pudiendo también la condición que depende de hecho de persona incierta producir la obligación, como por ejemplo: «¿prometes dar diez, si alguien subiere al Capitolio? ¿Si alguno me hubiere pedido diez, prometes darme otros tantos?» no se puede dar razón por la que se haya de responder lo mismo también en cuanto á la dote prometida.

§ 1.—No puede subsistir ninguna promesa, que adquiere validez según la voluntad del que promete.

109. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio*, libro III. — Si yo hubiere estipulado así: «¿darás diez ó quince?» se deben diez; igualmente, si de este modo: «¿los darás después de uno ó dos años?» se deberán después de los dos años, porque en las estipulaciones se observa que se considera que se comprendió en la obligación lo que fuese menos y lo que fuese más lejano.

110. EL MISMO; *Comentarios á Quinto Mucio*, libro IV. — Si yo estipulara diez para mí y para Ticio, bajo cuya potestad yo no estuviera, no se deben íntegros los diez, sino á mí solamente cinco; porque se deduce la parte ajena, á fin de que lo que estipulé inútilmente para un extraño no aumente mi parte.

§ 1.—Si de tí hubiere yo estipulado: «¿prometes darme cualquiera vestido tuyo, que sea de mujer?» esto se debe referir más bien á la intención del que estipula que á la del que promete, de suerte que se deba estimar qué es lo que sea en realidad, no lo que haya entendido el que prometió; y así, si el que prometió había solido usar algún vestido de mujer, se debe ello no obstante.

111. EL MISMO; *Comentarios á Quinto Mucio*, libro V. — Si yo hubiere estipulado: «¿prometes que por tí no se hará que no me sea lícito usar de aquella casa?» aunque á mí no me lo prohibas, pero se lo prohibas á mi mujer, ó al contrario, si me lo prohibieras habiendo estipulado mi mujer, ¿se incurrirá en la estipulación? Y es mejor que estas palabras sean entendidas así; porque también si yo hubiere estipulado que por tí no se haga que no me sea lícito usar la servidumbre de vía, ó la de paso, ó la de conducción, y á mí no me lo prohibieras, sino á otro que entrara en mi nombre, se habrá de saber que se incurre en la estipulación.

(1) *Taur.* según la escritura original; adit, la corrección del códice Fl., Br.

(2) vel, inserta acertadamente Vulg.

(3) *Taur.* según corrección del códice Fl.; igitur, la escritura original, Br.

(4) in obligatione, insertan Hal. Vulg.

(5) Hal. Vulg.; latinus, el códice Fl.

112. *IDEM libro XV. ad Quintum Mucium.* — Si quis stipulatus sit Stichum, aut Pamphilum, utrum ipse vellet, quem elegerit, petet, et is erit solus in obligatione; an autem mutare voluntatem possit, et ad alterius petitionem transire, quaerentibus respiciendus erit sermo stipulationis, utrumne talis sit: «quem voluero», an: «quem volam»; nam si talis fuerit: «quem voluero», quum semel elegerit, mutare voluntatem non poterit; si vero tractum habeat sermo illius, et sit talis: «quem volam», donec iudicium dictet, mutandi potestatem habebit.

§ 1.—Si quis ita stipulatus fuerit: «pro centum aureis satisdabis?» et reum dederit in istam summam, Proculus ait, semper in satisfactionis stipulatione (1) venire, quod interesset stipulantis; ut alias tota sors inesset, veluti si idoneus promissor non sit, alias minus, si in aliquid idoneus esset debitor, alias nihil, si tam locuples esset, ut nostra non intersit, satis ab eo accipere, nisi quod plerumque idonei non tam patrimonio, quam fide quoque aestimarentur.

113. *PROCLUS libro II. Epistolarum.* — Quum stipulatus sim mihi, Procule, si opus arbitrato meo ante kalendas lunias effectum non sit, poenam, et protuli diem, putasne, vere me posse dicere, arbitrato meo opus effectum non esse ante kalendas lunias, quum ipse arbitrio meo aliam (2) operi laxiorem dederim? Proculus respondit: non sine causa distinguendum est, interesse, utrum per promissorem mora non fuisset, quominus opus ante kalendas lunias ita, uti stipulatione comprehensum erat, perficeretur, an, quum iam opus effici non posset ante kalendas lunias, stipulator diem in kalendis Augustis. (3) protulisset; nam si tum diem stipulator protulit, quum iam opus ante kalendas lunias effici non poterat, puto poenam esse commissam, nec ad rem pertinere, quod aliquod tempus ante kalendas lunias fuit, quo stipulator non desideravit id ante kalendas lunias effici, id est quo (4) non est arbitratus ut fieret, quod fieri non poterat; aut si hoc falsum est, etiamsi stipulator (5) pridie kalendas lunias mortuus esset, poena commissam non esset, quoniam mortuus arbitrari non potuisset, et aliquod tempus post mortem eius operi perficiendo superfuisset; et propemodum, etiamsi ante kalendas lunias futurum esse coepit, opus ante eam diem effici non posse, poena commissam est.

§ 1.—Quum venderet aliquis, promisit emtori fideiussores praestari, et rem venditam liberari; quae ut liberetur, nunc desiderat emtor; in mora est is, qui ea stipulatione id futurum promisit; quaero, quid iuris sit. Proculus respondit: tanti litem aestimari oportet, quanti actoris interest.

114. *ULPIANUS libro XVII. ad Sabinum.* — Si fundum certo die praestari stipuler, et per promis-

112. *EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XV.* — Si alguno hubiera estipulado á Stico, ó á Pánfilo, al que de los dos él mismo quisiera, pedirá el que hubiere elegido, y sólo éste estará comprendido en la obligación; mas preguntándose si podrá cambiar de voluntad y pasar á pedir el otro, se habrá de atender á las palabras de la estipulación, si fueran tales: «el que yo hubiere querido», ó «el que yo quiera»; porque si fueron estas: «el que yo hubiere querido», una vez que hubiere elegido, no podrá cambiar de voluntad; pero si tuviera otro alcance el lenguaje de aquél, y fuera este: «el que yo quiera», tendrá facultad para cambiar hasta que manifeste su resolución.

§ 1.—Si alguno hubiere estipulado así: «¿darás fianza por cien aureos?» y hubiere dado un deudor por esta suma, dice Próculo, que siempre en la estipulación de la fianza viene comprendido lo que le interesase al estipulante; de suerte que en unos casos estaría comprendido todo el capital, por ejemplo, si el prometedor no fuera abonado, en otros menos, si para algo fuese abonado el deudor, y en otros nada, si fuese tan rico que no nos interese recibir fianza de él, salvo que de ordinario sean estimados abonados no tan sólo por su patrimonio, sino también por su crédito.

113. *PRÓCULO; Epistolas, libro II.* — Habiendo yo estipulado para mí una pena, si para antes de las kalendas de Junio no se hubiera hecho á mi arbitrio una obra, y habiendo yo diferido el día, ¿opinas, Próculo, que verdaderamente puedo decir que la obra no se hizo á mi arbitrio antes de las kalendas de Junio, habiendo yo mismo dado á mi arbitrio otro plazo más largo para la obra? Próculo respondió: no sin causa se ha de distinguir, que importa saber, si por parte del prometedor no haya habido morosidad para que la obra no se haya acabado antes de las kalendas de Junio, como se comprendió en la estipulación, ó si, no pudiéndose hacer ya la obra antes de las kalendas de Junio, el estipulante prorogó el día á las kalendas de Agosto; porque si el estipulante prorogó el día cuando ya no podía ser hecha la obra antes de las kalendas de Junio, opino que se incurrió en la pena, y que no hace al caso que haya habido algún tiempo antes de las kalendas de Junio en que el estipulante no deseó que aquélla se hiciera antes de las kalendas de Junio, esto es, en el que no determinó que se hiciera lo que no podía hacerse; ó si esto es falso, aunque el estipulante hubiera muerto el día antes de las kalendas de Junio, no se habría incurrido en la pena, porque el muerto no habría podido determinar, y habría quedado después de su muerte algún tiempo para concluir la obra; y casi se habrá incurrido en la pena, aunque antes de las kalendas de Junio haya comenzado á ser cierto que la obra no se podía hacer antes de aquel día.

§ 1.—Al vender uno cierta cosa le prometió al comprador que se le darían fiadores, y que se liberaría la cosa vendida, la cual desea ahora el comprador que sea liberada; incurre en mora el que en la estipulación prometió hacer esto; pregunto, qué derecho habría. Próculo respondió: el litigio debe ser estimado en tanto cuanto le interesa al actor.

114. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XVII.* — Si yo estipulara que se me entregue un fundo en

(1) stipulationem, *Hal. Vulg.*

(2) diem, *insertan Hal. Vulg.*

(3) in kalendas Augusti, *Hal. Vulg.*

(4) *Vulg.; quod, el códice Fl.*

(5) *Taur. al margen; stipulatus, en el texto.*

sorem steterit, quominus ea die praestetur, consecuturum me quanti mea intersit, moram factam (1) non esse.

115. PAPINIANUS *libro II. Quaestionum*.—Ita stipulatus sum: «te sisti in certo loco; si non steteris (2), quinquaginta aureos dari spondes?» si dies in stipulatione per errorem omissus fuerit, quum id ageretur, ut certo die sisteres, imperfecta erit stipulatio, non secus ac si, quod pondere, numero, mensura continetur, sine adiectione ponderis, numeri, mensurae stipulatus essem, vel insulam aedificari, non demonstrato loco, vel fundum dari, non adiecto nomine. Quodsi ab initio id agebatur, ut quocunque die sisteres, et si non stetisses (3), pecuniam dares, quasi quaelibet stipulatio sub conditione concepta vires habebit, nec ante committetur, quam fuerit declaratum, reum promittendi sisti non posse.

§ 1.—Sed et si ita stipulatus fuero: «si in Capitolium non ascenderis», vel «Alexandriam non ieris, centum dari spondes?» non statim committetur stipulatio, quamvis Capitolium ascendere, vel Alexandriam pervenire potueris, sed quum certum esse coeperit, te Capitolium ascendere, vel Alexandriam ire non posse.

§ 2.—Item si quis ita stipuletur: «si Pamphilum non dederis, centum dari spondes?» Pegasus respondit, non ante committi stipulationem, quam desisset posse Pamphilum dari. Sabinus autem existimabat, ex sententia contrahentium, postquam homo potuit dari, confestim agendum; et tandiu ex stipulatione non posse agi, quamdiu per promissorem non stetit, quominus hominem daret; idque defendebat exemplo penus legatae. Mucius etenim heredem, si dare potuisset penum, nec desisset, confestim in pecuniam legatam teneri scripsit; idque utilitatis causa receptum est ob defuncti voluntatem, et ipsius rei naturam (4). Itaque potest Sabini sententia recipi, si stipulatio non a conditione coepit, veluti: «si Pamphilum non dederis, tantum dari spondes?» sed ita concepta sit stipulatio: «Pamphilum dari spondes? si non dederis, tantum dari spondes?» quod sine dubio verum erit, quum id actum probatur, ut, si homo datus non fuerit, et homo, et pecunia debeatur. Sed et si ita cautum sit, ut sola pecunia non soluto homine debeatur, idem defendendum erit, quoniam fuisse voluntas probatur, ut homo solvatur, aut pecunia petatur.

116. IDEM *libro IV. Quaestionum*.—Decem stipulatus a Titio, postea quanto minus ab eo consequi posses, si a Maevio stipularis, sine dubio Maevius universi (5) periculum potest subire; sed et si decem petieris a Titio, Maevius non erit solutus, nisi iudicatum Titius fecerit. Paulus notat: non enim sunt duo rei Maevius et Titius eiusdem obligationis, sed Maevius sub conditione debet, si a

cierto día, y en el prometedor hubiere consistido que no fuese entregado en este día, habré de conseguir cuanto me interesa que no se haya causado la mora.

115. PAPINIANO; *Cuestiones, libro II.*—Estipulé así: «¿prometes que compareceras en cierto lugar, y que si no comparecieras me darás cincuenta aureos?» Si por error se hubiere omitido el día en la estipulación, cuando se tratase de que comparecieras en cierto día, la estipulación será imperfecta, no de otra suerte que si hubiese yo estipulado sin la expresión de peso, número y medida, lo que se contiene en peso, número y medida, ó que se edifique una casa, no habiendo designado el lugar, ó que se dé un fundo, no habiendo expresado el nombre. Pero si desde un principio se trataba de que comparecieras en cualquier día, y de que, si no hubieses comparecido, dieras la cantidad, la estipulación tendrá validez como otra cualquiera concebida bajo condición, y no se incurrirá en ella antes que se haya declarado que el prometedor no podía comparecer.

§ 1.—Pero también si yo hubiere estipulado así: «¿prometes dar ciento, si no hubieres subido al Capitolio, ó no fueres á Alejandria?» no se incurrirá inmediatamente en la estipulación, aunque hayas podido subir al Capitolio ó llegar á Alejandria, sino cuando hubiere comenzado á ser cierto que no puedes subir al Capitolio, ó ir á Alejandria.

§ 2.—Asimismo, si alguno estipulara de este modo: «¿prometes dar ciento si no me dieres el esclavo Pánfilo?» respondió Pegaso, que no se incurre en la estipulación antes que hubiese dejado de poder ser dado Pánfilo. Pero Sabino opinaba, que, conforme á la intención de los contratantes, se podía ejercitar inmediatamente la acción, después que el esclavo pudo ser dado; y que no se podía ejercitar la acción de la estipulación mientras que en el prometedor no consistió no dar el esclavo; y defendía esto con el ejemplo de las provisiones legadas. Porque Mucio escribió, que el heredero, si hubiese podido dar las provisiones, y no las hubiese dado, quedaba obligado inmediatamente al dinero legado; y esto se admitió por causa de utilidad en favor de la voluntad del difunto, y por la naturaleza de la misma cosa. Así, pues, se puede admitir la opinión de Sabino, si la estipulación no comenzó por la condición, por ejemplo: «si no hubieres dado el esclavo Pánfilo ¿prometes dar tanto?» sino si la estipulación hubiera sido concebida así: «¿prometes dar el esclavo Pánfilo? si no lo dieres, prometes dar tanto?» Lo que sin duda será verdad cuando se prueba que se trató esto, que, si no se hubiere dado el esclavo, se deberán el esclavo y el dinero. Mas se habrá de defender lo mismo, aunque se haya convenido de modo que no entregándose el esclavo se deba solamente el dinero, porque se prueba que fué la voluntad que se entregase el esclavo, ó se pidiese el dinero.

116. EL MISMO; *Cuestiones, libro IV.*—Si, habiendo estipulado de Ticio diez, después estipularas de Mevio cuánto de aquél pudieras conseguir de menos, sin duda que Mevio puede correr la responsabilidad de la totalidad; mas aunque le hubieres pedido á Ticio los diez, Mevio no quedará exento, si Ticio no hubiere ejecutado lo juzgado. Y Paulo observa: porque no son Mevio y Ticio dos

(1) *Hal. Vulg.*; facti, el código Fl.

(2) Véase la página 544., nota 1.

(3) Véase la página 544., nota 1.

(4) *Vulg.*; natura, el código Fl.

(5) universi, omitela *Vulg.*.

Titio exigi non poterit; igitur nec Titio convento Maevius liberatur, qui an debitor sit, incertum est; et solvente Titio non liberatur Maevius, qui nec tenebatur, quum conditio stipulationis deficit; nec Maevius pendente stipulationis conditione recte potest conveniri; a Maevio enim ante Titium excussum non recte petetur.

117. IDEM libro XII. *Quaestionum*. — Si centum homines, quos ego heresve meus elegeret (1), stipulatus, antequam eligerem, duos heredes reliquerem, numero dividitur stipulatio; diversum erit, si iam electis hominibus successerint.

118. IDEM libro XXVII. (2) *Quaestionum*. — Liber homo, qui bona fide servit mihi, quod stipulanti mihi promittit, prope est, ut omnimodo sit utile, quamvis ex re mea promittat; nam quid aliud dici potest, quo minus liber homo teneatur? Nec tamen ideo, si stipulanti eidem ex eadem causa spondeam, tenebor; quemadmodum etenim habebit eius actionem adversus me, quod ab alio stipulatus quaereret mihi? Hoc itaque latere fructuario servo, vel alieno, qui bona fide servit, comparabitur; servus autem fructuario si promittat ex re ipsius, vel alienus, qui bona fide servit, emptori, nulla de peculio dabitur in dominum actio; nam in his causis domini esse intelliguntur.

§ 1.—«Decem hodie dari spondes?» dixi, posse vel eo (3) die pecuniam peti, nec videri praematurius agi non finito stipulationis die, quod in aliis temporibus iuris est; nam peti non debet, quod intra tempus comprehensum solvi potest; in proposito enim diem non differendae actionis (4) insertum videri, sed quo praesens ostendatur esse responsum.

§ 2.—«Decem mihi, aut Titio, utrum ego velim, dare spondes?» ex eo, quod mihi dandum est, certi stipulatio est, ex eo, quod illi solvendum, incerti; finge mea interesse, Titio potius, quam mihi solvi, quoniam poenam promiseram, si Titio solum non fuisset.

119. IDEM libro XXXVI. *Quaestionum*. — Doli clausula, quae stipulationibus subicitur, non pertinet ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cavetur.

120. IDEM libro XXXVII. *Quaestionum*. — Si ita stipulatus fuero: «hanc summam centum aureorum dari spondes?» etsi maxime ita exaudiatur ille sermo: «si modo centum aureorum est», non facit conditionem haec adiectio, quoniam, si centum non sint, stipulatio nulla est; nec placuit instar habere conditionis sermonem, qui non ad futurum, sed ad praesens tempus refertur, et si contrahentes rei veritatem ignorant.

deudores de una misma obligación, sino que Mevio debe bajo condición, si de Ticio no se pudiere cobrar; así, pues, ni aun demandado Ticio se libra Mevio, respecto al cual es incierto si habrá de deber; y pagando Ticio no se libra Mevio, el cual no estaba obligado cuando falta la condición de la estipulación; ni Mevio puede ser válidamente demandado estando pendiente la condición de la estipulación; porque no se pedirá con derecho á Mevio antes que se le haya hecho excusión á Ticio.

117. EL MISMO; *Cuestiones, libro XII*. — Si habiendo yo estipulado los cien esclavos, que yo ó mi heredero hubiésemos elegido, y antes que yo los eligiera hubiere dejado dos herederos, la estipulación se divide por el número; lo contrario será, si hubieren sucedido habiendo sido ya elegidos los esclavos.

118. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVII*. — Lo que al estipular yo me prometo un hombre libre, que de buena fe me presta servidumbre, es más cierto que de todos modos sea válido, aunque lo prometa respecto á cosa mía; porque, ¿qué otra cosa se puede decir para que el hombre libre no esté obligado? Y, sin embargo, no por esto quedará yo obligado, si al mismo que estipula por la misma causa, yo le respondiera; porque ¿cómo tendrá contra mí la acción de lo que estipulándolo de otro adquiriría para mí? Así, pues, bajo este aspecto se comparará al esclavo usufructuario, ó al ajeno, que sirve de buena fe; mas si el esclavo le prometiera de cosa de él mismo al usufructuario, ó el ajeno, que sirve de buena fe, le prometiera al comprador, no se dará ninguna acción respecto al peculio contra el señor; porque en estos casos se entiende que son del dueño.

§ 1.—«¿Prometes dar hoy diez?» Dije, que se podía pedir el dinero aun en este día, y que no se consideraba que se reclamaba prematuramente no habiendo transcurrido el día de la estipulación, lo cual es de derecho en otros términos; porque no se debe pedir lo que se puede pagar dentro del tiempo expresado; pero en el caso propuesto se considera expresado el día no para diferir la acción, sino para demostrar que se respondió de presente.

§ 2.—«¿Prometes dar diez á mí, ó á Ticio, al que de los dos yo quiera?» En cuanto á lo que se me ha de dar á mí la estipulación es de cosa cierta, y de incierta en cuanto á lo que se ha de pagar á aquél; supón que me interesa que se le pague más bien á Ticio que á mí, porque yo había prometido una pena, si no se le hubiese pagado á Ticio.

119. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXVI*. — La cláusula de dolo, que se agrega en las estipulaciones, no corresponde á aquellas partes de la estipulación respecto á las que se da caución especialmente.

120. EL MISMO; *Cuestiones, libro XXXVII*. — Si yo hubiere estipulado así: «¿prometes dar esta suma de diez áureos?» aunque estas palabras sean entendidas singularmente así: «si acaso es de cien áureos», esta adición no constituye una condición, porque, si no hubiera los cien, la estipulación es nula; y no plugo que tuviera semejanza de condición la cláusula que se refiere, no al tiempo futuro, sino al presente, aunque los contratantes ignoren la verdad de la cosa.

(1) *Taur.* según corrección del códice Fl.; heredeave meus eligerem, la escritura original, Br.

(2) VII., considérase añadida por antiguos copistas.

(3) *Taur.* según la escritura original; eodem, la corrección del códice Fl., Br.

(4) causa, inserta Vulg.

121. *IDEM libro XI. Responsorum.*—Ex ea parte cautionis: «dolumque malum huic rei promissionique abesse, abfuturumque esse, stipulatus est ille, spondit ille», incerti agetur stipulationis utiliter interponendae gratia.

§ 1.—Mulier ab eo, in cuius matrimonium conveniebat, stipulata fuerat ducenta, si concubinae tempore matrimonii consuetudinem repetiisset; nihil causae esse respondi, cur ex stipulatu, (1) quae ex bonis moribus concepta fuerat, mulier impleta conditione pecuniam assequi non possit.

§ 2.—In insulam deportato reo promittendi stipulatio ita concepta: «quum morieris, dari?» non nisi moriente eo committitur.

§ 3.—Ex facto rei promittendi doli stipulatio heredem eius tenet, sicut ex ceteris aliis contractibus, veluti mandati, depositi.

122. *SCAEVOLA libro XXVIII. (2) Digestorum.*—Qui Romae mutuum pecuniam acceperat solvendam in longinqua provincia per (3) menses tres, eamque ibi dari stipulanti sponderat (4), post paucos dies Romae testato creditori dixit, paratum se esse Romae eam numerare detracta ea summa, quam creditori suo usurarum nomine dederat; quaesitum est, quum in integrum (5) summam, qua (6) stipulatione obligatus est, obtulerit, an eo loco, in quo solvenda promissa est, sua die integra peti posset. Respondit, posse stipulatorem sua die ibi, ubi solvendam stipulatus est, petere.

§ 1.—Callimachus mutuum pecuniam nauticam accepit a Sticho, servo Seii, in provincia Syria (7), civitate Beryto (8) usque Brentesium (9), idque creditum esse in omnibus navigii dies ducentos sub pignoribus et hypothecis, mercibus a Beryto (10) comparatis et Brentesium perferendis, et quas Brentesio (11) emturus esset et per navem Beryto (12) invehiturus; convenitque inter eos, uti, quum Callimachus Brentesium pervenisset, inde intra idus Septembres, quae tunc proximae futurae essent, aliis mercibus emtis et in navem missis ipse in Syriam (13) per navigium proficiscatur, aut si intra diem superscriptam non reparasset merces, nec enavigasset de ea civitate, redderet universam continuo pecuniam, quasi perfecto navigio, et praestaret sumtus omnes prosequentibus eam pecuniam, ut in urbem Romam eam deportarent; eaque sic recte dari fieri fide roganti Sticho, servo Lucii Titii, promisit Callimachus; et quum ante idus superscriptas secundum conventionem mercibus in navem impositis cum Erote (14), conservo Stichi, quasi in provinciam Syriam (15) perventurus enavigavit; quaesitum est, nave submersa, quum secundum cautionem Callimachus merces Beryto (16) perferendas in navem misisset eo tempore, quomodo iam pecuniam Brentesio reddere Romae (17) perferendam deberet, an nihil prosit Erotis (18) consensus, qui cum eo missus erat, cuique nihil am-

121. *EL MISMO; Respuestas, libro XI.*—En virtud de esta parte de la caución: «uno estipuló, y otro prometió, que en este negocio y en esta promesa, no hay, ni habrá, dolo malo», se ejercitará la acción de cosa incierta para que se interponga útilmente la estipulación.

§ 1.—Una mujer había estipulado doscientos, de aquél sobre cuyo matrimonio convenía, si éste durante el tiempo del matrimonio hubiese vuelto á la costumbre de tener concubina; respondi, que no había causa alguna para que en virtud de esta estipulación, que había sido hecha según las buenas costumbres, no pueda obtener la cantidad habiéndose cumplido la condición.

§ 2.—La estipulación concebida así respecto á un promotor deportado á una isla: «prometes dar cuando mueras?» no tiene efecto sino muriendo aquél.

§ 3.—La estipulación de dolo obliga por hecho del promotor al heredero de éste, como en los demás contratos, por ejemplo, de mandato, ó de depósito.

122. *SCAEVOLA; Digesto, libro XXVIII.*—Uno que había recibido en mútuo dinero en Roma para pagarlo durante tres meses en una provincia lejana, y que le había prometido al estipulante darlo allí, le dijo ante testigos á su acreedor en Roma después de pocos días, que él estaba dispuesto á entregario en Roma; deducida la suma que á su acreedor le había dado á título de intereses; se preguntó, si, habiendo ofrecido íntegramente la suma, por la que se obligó en la estipulación, podría ser reclamada íntegra en su día en aquel lugar en que se prometió que había de ser pagada. Respondió, que el estipulante podía reclamarla á su vencimiento allí donde estipuló que sería pagada.

§ 1.—Calimaco recibió de Stico, esclavo de Seyo, dinero en préstamo marítimo, en la provincia de Siria, desde la ciudad de Berito hasta Brindis, y fué prestado por todos los doscientos días de navegación bajo prendas é hipotecas de las mercancías compradas en Berito y que se debían llevar á Brindis, y de las que había de comprar en Brindis y transportar con la nave á Berito; y se convino entre ellos, que cuando Calimaco hubiese llegado á Brindis, saliese él mismo de allí en la nave para Siria dentro de los idus de Septiembre, que entonces habrían de estar próximos, habiendo comprado y acomodado en la nave otras mercancías, ó que si dentro del susodicho plazo no hubiese comprado las mercancías, ni salido de aquella ciudad con la nave, devolviese inmediatamente todo el dinero, como si se hubiese terminado la navegación, y les pagase todos los gastos á los que reclamasen este dinero, para transportarlo á la ciudad de Roma; y así se lo prometió bajo su fe Calimaco, que se daría y haría convenientemente, á Stico, esclavo de Lucio Ticio, que lo rogó; y como acomodadas en la nave antes de los susodichos idus, según la convención, las mercancías juntamente con Eros, coesclavo de Stico, salió navegando como para llegar á la provincia de Siria, se preguntó, si, habiéndose sumergido la nave, y habiendo embarcado en ella Calimaco con arreglo al convenio las mercancías para

(1) stipulatu, considérase aquí palabra sospechosa.

(2) XX., Hal.

(3) post, Hal. Vulg.

(4) Hal. Vulg.; spondidisset, et oddice Fl.

(5) quum íntegram, Vulg.

(6) in quam, Hal. Vulg.

(7) Hal.; Syria, el códice Fl.

(8) Hal.; Beruto, el oddice Fl.

(9) Según el dialecto griego, en lugar de Brundisium.

(10) Véase la nota 8.

(11) Brentesii, Vulg.

(12) Véase la nota 8.

(13) Véase la nota 7.

(14) Véase la página 545., nota 8.

(15) Véase la nota 7.

(16) Los códices citados por Br.; debito, considerándola palabra sospechosa, Taur. según el códice Fl.; de Beryto, el códice citado por Taur.

(17) Romam, Vulg.

(18) Véase la nota 14.

plius de pecunia suprascripta post diem conventionis permissum vel mandatum erat, quam ut eam receptam Romam perferret, et nihilominus actione ex stipulatu Callimachus de pecunia domino Stichi teneatur. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, teneri. Item quaero, si Callimacho post diem suprascriptam naviganti (1) Eros (2) suprascriptus servus consenserit, an actionem domino suo semel acquisitam adimere potuerit. Respondit, non potuisse, sed fore exceptioni locum, si servo arbitrium datum esset, eam pecuniam quocunque tempore in quemvis locum reddi.

§ 2.—Flavius Hermes hominem Stichum manumissionis causa donavit, et ita de eo stipulatus est: «si homo Stichus (3), de quo agitur, quem hac die tibi donationis causa manumissionisque dedi, a te heredeque tuo manumissus vindictaque liberatus non erit, quod dolo malo meo non fiat, poenae nomine quinquaginta dari stipulatus est Flavius Hermes, spondit Claudius»; quaero, an Flavius Hermes Claudium de libertate Stichi convenire potest? Respondit, nihil proponi, cur non potest. Item quaero, an, si Flavii Hermetis heres a Claudii herede poenam suprascriptam petere voluerit, Claudii heres libertatem Sticho praestare possit (4), ut poena liberetur. Respondit, posse. Item quaero, si Flavii Hermetis heres cum Claudii herede ex causa suprascripta nolit agere, an nihilominus Sticho libertas ex conventionem, quae fuit inter Hermetem et Claudium, ut stipulatione suprascripta ostenditur, ab herede Claudii praestari debeat. Respondit, debere.

§ 3.—Coheredes, quum praedia hereditaria dividerant, unum praedium commune reliquerunt sub hoc pacto, ut, si quis eorum partem suam alienare voluisset, eam vel coheredi suo, vel eius successori venderet centum vigintiquinque; quodsi quis aliter fecisset, poenam centum invicem stipulati sunt; quaero, quum coheres mulier coheredis liberorum tutores saepius testato convenerit, et desideraverit, ut secundum conventionem aut emerent, aut venderent (5), hique nihil tale fecerint, an, si mulier extero vendiderit, poena ab ea centum exigi possit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, obstituram doli mali exceptionem.

§ 4.—Agerius (6) filiusfamilias servo Publii Mae-vii stipulanti spondit, se daturum quicquid patrem suum Publio Maevio debere constitisset; quaesitum est, patre defuncto antequam constitisset, quid quantumque deberet, an, si adversus heredem eius actum fuisset, aliumve successorem, et de debito constitisset, Agerius (7) teneatur. Respondit, si conditio non extitisset, stipulationem non commissam.

§ 5.—Seya heres unius tutoris cum herede pupil-

transportarlas á Berito al tiempo en que ya debía devolver el dinero en Brindis para ser transportado á Roma, no le aprovecharía de nada el consentimiento de Eros, que había sido enviado con él, y al cual respecto al susodicho dinero no le había sido permitido ó mandado después del día de la convención nada más, sino que habiéndolo recibido lo llevase á Roma, y si, no obstante, Calimaco estará obligado en cuanto al dinero al dueño de Stico por la acción de lo estipulado. Respondió, que, según lo que se exponía, estaba obligado. Asimismo, pregunto, si, habiéndole prestado el susodicho esclavo Eros su consentimiento á Calimaco para navegar después del día antes dicho, habría podido quitarle á su señor la acción una vez adquirida. Respondió, que no pudo, pero que habrá lugar á la excepción, si se le hubiese dado al esclavo el arbitrio de restituir en cualquier tiempo aquel dinero á algún lugar.

§ 2.—Flavio Hermes donó por causa de manumisión el esclavo Stico, y estipuló así respecto á él: «si el esclavo Stico, de quien se trata, que en este día te di por causa de donación y de manumisión, no hubiere sido manumitido y liberado con la vindicta por tí y tu heredero, y esto no dejara de hacerse por dolo malo mio, Flavio Hermes estipuló que se darían cincuenta á título de pena, y lo prometió Claudio»; pregunto, ¿puede Flavio Hermes demandar á Claudio por la libertad de Stico? Respondió, que nada se exponía para que no pueda. Asimismo pregunto, si, habiendo querido el heredero de Flavio Hermes pedirle al heredero de Claudio la pena susodicha, podría el heredero de Claudio darle á Stico la libertad, para librarse de la pena. Respondió, que podría. Igualmente pregunto, si, no queriendo el heredero de Flavio Hermes litigar por la susodicha causa con el heredero de Claudio, se le deberá, sin embargo, dar por el heredero de Claudio la libertad á Stico en virtud de la convención, que medió entre Hermes y Claudio, según se demuestra con la susodicha estipulación. Respondió, que se le debe.

§ 3.—Habiendo dividido los coherederos los predios de la herencia, dejaron un solo predio en común bajo este pacto, que, si alguno de ellos quisiera enajenar su parte, la vendiese por ciento veinticinco ó á su coheredero, ó al sucesor de éste; mas por si alguno hubiese obrado de otro modo, estipularon reciprocamente la pena de ciento; pregunto, si, habiendo una mujer coheredera citado muchas veces ante testigos á los tutores de los descendientes de su coheredero, y pretendido que, conforme á la convención, ó le comprasen ó le vendiesen, y no habiendo hecho ellos nada de esto, se podría, si la mujer le hubiere vendido á un extraño, exigir de ella la pena de los ciento. Respondió, que, según lo que se exponía, habrá de obstar la excepción de dolo malo.

§ 4.—Agerio, hijo de familia, le prometió á un esclavo de Publio Mevio, que estipulaba, que él le daría todo lo que constase que su padre le debía á Publio Mevio; se preguntó, si, habiendo fallecido el padre antes que constase qué y cuánto debía, estaría obligado Agerio, si se hubiese ejercitado la acción contra el heredero de aquél, ó contra otro sucesor, y constase lo relativo á la deuda. Respondió, que si no se hubiese cumplido la condición, no tuvo efecto la estipulación.

§ 5.—Seya, heredera de un solo tutor, habiendo

(1) Hal.; navigante, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; Heros, el código Fl.

(3) Hal.; Si hominem Stichum, el código Fl.

(4) debeat, Vulg.

(5) Hal. Vulg.; ement aut vendent, el código Fl.

(6) Augerius, Vulg.

(7) Augerius, Vulg.

lae transactione pacto solo facta maiorem partem solvit, residuam cavet (1); sed illico negavit heredes se transactionem servare, et apud iudicem tutelae egit, et victus provocavit ad competentem iudicem, et ab eo quoque ad Principem idem provocavit, et iniusta haec quoque provocatio eius pronuntiata est; quaesitum est, quum per heredem pupillae mora intercesserit, quominus pecunia in stipulationem deducta ab herede tutoris solveretur, nec unquam petierit, an ei hodie debeantur usurae ab herede tutoris. Respondit, si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre, iure usuras non deberi.

§ 6.—Duo fratres hereditatem inter se diviserrunt, et caverunt sibi, nihil se contra eam divisionem facturos; et, si contra quis fecisset, poenam alter alteri promisit; post mortem alterius, qui supervixit, petiit (2) ab heredibus eius hereditatem, quasi ex causa fideicommissi sibi a patre relicti debitam; et adversus eum pronuntiatum est, quasi de hoc quoque transactum fuisset; quaesitum est, an poena commissa esset. Respondit, poenam secundum ea, quae proponuntur, commissam.

### TO Γ TOY (3)

#### DE VERBORUM OBLIGATIONIBUS (4)

123. PAPIANUS libro I. *Definitionum*. — Si flagitii (5) faciendi vel facti causa concepta sit stipulatio, ab initio non valet.

124. IDEM libro II. *Definitionum*. — «Insulam intra biennium illo loco aedificari spondes?» ante finem biennii stipulatio non committitur, quamvis reus promittendi non aedificaverit, et tantum residui temporis sit, quo aedificium extrui non possit; neque enim stipulationis status, cuius dies certus in exordio fuit, ex postfacto mutatur. Idque et in stipulatione iudicio sistendi causa facta placuit, scilicet ut ante diem stipulatio non committatur, si certum esse coeperit, pareri (6) stipulationi residuo tempore non posse.

125. PAULUS libro II. *Quaestionum*. — Quum stipulamur: «quidquid te dare facere oportet», nihil aliud in stipulationem deducitur, quam quod praesenti die debetur; hoc enim solum haec stipulatio demonstrat.

126. IDEM libro III. *Quaestionum*. — Si ita stipulatus fuero: «si Titius Consul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena dare spondes?» post triennium conditione existente triginta peti poterunt (7).

§ 1.—Titius a Maevio fundum detracto usufructu stipulatus est, et ab eodem (8) eiusdem fundi usufructum; duae sunt stipulationes, et minus est in eo usufructu, quem per se quis promisit, quam in eo, qui proprietatem comitatur. Denique si ille usufructum dederit, eumque stipulator non

hecho por solo pacto transacción con el heredero de la pupila, pagó la mayor parte, y dió caución por la restante; pero inmediatamente se negó el heredero á guardar la transacción, y reclamó ante el juez de la tutela, y vencido apeló al juez competente, y de éste apeló él mismo también al Príncipe, y fué declarada injusta también esta apelación suya; se preguntó, si, habiendo habido morosidad por parte del heredero de la pupila para que no se pagase por la heredera del tutor la cantidad comprendida en la estipulación, y no habiéndola pedido nunca, se le deberán hoy intereses por la heredera del tutor. Respondió, que, si Seia no hubiese dejado de ofrecer el dinero debido por la estipulación, no se debían en derecho los intereses.

§ 6.—Dos hermanos dividieron entre sí la herencia, y se dieron caución de que ellos no harían nada contra esta división; y, para si uno hubiese hecho lo contrario, el uno le prometió pena al otro; después de la muerte de uno, el que le sobrevivió les pidió á los herederos de aquél la herencia, como si le fuera debida por causa de fideicomiso dejado á él por el padre; y se falló contra él, como si también se hubiese transigido sobre esto; se preguntó, si se habrá incurrido en la pena. Respondió, que, según lo que se exponía, se incurrió en la pena.

### TERCERA PARTE

#### DEL TÍTULO DE LAS OBLIGACIONES VERBALES

123. PAPIANO; *Definiciones, libro I*. — Si la estipulación hubiera sido concebida por causa de cometer un delito, ó de haberlo cometido, no será válida desde su principio.

124. EL MISMO; *Definiciones, libro II*. — «¿Prometes que dentro de un bienio se hará una casa en aquel lugar?» No se incurre en la estipulación antes del fin del bienio, aunque el prometedor no la haya edificado, y reste solamente tanto tiempo que en él no se pueda construir el edificio; porque el estado de la estipulación, cuyo término se estableció cierto en el principio, no se cambia por un hecho posterior. Y esto se determinó también respecto á la estipulación hecha por causa de presentarse en juicio, á saber, para que no se incurra en la estipulación antes del día, si comenzare á ser cierto que no se podía cumplir la estipulación en el tiempo restante.

125. PAULO; *Cuestiones, libro II*. — Cuando estipulamos: «todo lo que es menester que des ó hagas», no se comprende en la estipulación ninguna otra cosa sino lo que se debe en el día presente; porque sólo esto designa esta estipulación.

126. EL MISMO; *Cuestiones, libro III*. — Si yo hubiere estipulado así: «si Ticio no hubiere sido hecho consul, en este caso ¿prometes dar diez cada año desde este día?» cumpliéndose la condición después del trienio se podrán pedir los treinta.

§ 1.—Ticio estipuló de Mevio un fundo deducido el usufructo, y del mismo el usufructo del mismo fundo; son dos las estipulaciones, y hay menos en este usufructo, que uno prometió por sí, que en el que acompaña á la propiedad. Finalmente, si él hubiere dado el usufructo, y el estipulante lo hubiere

(1) et usuras promisit, inserta Vulg.

(2) Hal.; petiit, et codice Fl.

(3) Según enmienda Br.; TO Γ TOY, omitelas el código Fl.

(4) Véase la página 531., nota 1.

(5) plagii, Vulg.

(6) Hal. Vulg.; pareri, et codice Fl.

(7) Hal. Vulg.; poterunt, et codice Fl.

(8) post, inserta Vulg.

utendo amiserit, tradendo postea fundum detracto usufructu liberabitur. Non idem contingit ei, qui fundum pleno iure promisit, et usumfructum dedit, deinde amisso eo proprietatem sine usufructu tradidit; ille liberatus est dando usumfructum, hic nulla parte obligationis exoneratur, nisi pleno iure fundum effecerit stipulatoris.

§ 2.—«Chrysogonus (1), Flavii Candidi servus actor, scripsi (2) coram subscribente et assignante domino meo (3) accepisse eum (4) a Iulio Zosa (5), rem agente Iulii Quintiliani (6) absentis, mutua denaria mille; quae dari Quintiliano (7), heredive eius, ad quem ea res pertinebit, kalendis Novembribus, quae proximae sunt futurae, stipulatus est Zosas (8) libertus, et rem agens Quintiliani (9); spondit (10) Candidus, dominus meus; sub die suprascripta si satis eo nomine factum non erit, tunc, quo post solvetur, usurarum nomine denarios octo praestari, stipulatus est Iulius Zosas (11), spondit Flavius Candidus, dominus meus, subscripsit et (12) dominus»; respondi: per liberam personam, quae neque iuri (13) nostro subiecta est, neque bona fide nobis servit, obligationem nullam acquirere possumus. Plane si liber homo nostro nomine pecuniam daret, vel suam, vel nostram, ut nobis solveretur, obligatio nobis pecuniae creditae acquireretur; sed quod libertus patrono dari stipulatus est, inutile est, ut nec ad solutionem proficiat adiectio absentis, cui principaliter obligatio quaerebatur. Superest quaeramus, an ex numeratione ipse, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit; nam quoties pecuniam mutuam dantes, eandem stipulamur, non duae obligationes nascuntur, sed una verborum. Plane si praecedat numeratio, sequatur stipulatio, non est dicendum, recessum a naturali obligatione. Sequens stipulatio, in qua sine adiectione nominis usuras stipulatus est, non eodem vitio laborat; neque enim maligne accipiendum est, eidem stipulatum usuras, cui et sortem, videri; ideoque in liberti persona valet stipulatio usurarum, et cogitur eam patrono cedere; plerumque enim in stipulationibus verba, ex quibus obligatio oritur, inspicienda sunt; raro inesse tempus, vel conditionem, ex eo, quod agi apparebit, intelligendum est, nunquam personam, nisi expressa sit.

§ 3.—Si ita stipulatus fuero, te sisti, et nisi steteris (14), aliquid dari, quod promittenti impossibile est, detracta secunda stipulatione prior manet utilis; et perinde erit, ac si te sisti stipulatus essem.

127. SCAEVOLA libro V. Quaestionum. — Si pupillus sine tutoris auctoritate Stichum promittat, et fideiussorem dedit, servus autem post moram a pupillo factam decedat, nec fideiussor erit propter

perdido no usándolo, quedará libre entregando después el fundo, deducido el usufructo. No le sucede lo mismo al que prometió el fundo con pleno derecho, y dió el usufructo, y después, perdido éste, entregó la propiedad sin el usufructo; aquél quedó libre dando el usufructo, y éste no se descarga de ninguna parte de la obligación, sino si hubiere hecho del estipulante el fundo con pleno derecho.

§ 2.—«Yo, Crisógono, esclavo administrador de Flavio Cándido, escribí ante mi señor, que lo suscribió y signó, que éste recibió de Julio Zosas, gestor de negocios de Julio Quintiliano, ausente, mil denarios en mútuo; los cuales estipuló el liberto Zosas, gestor de negocios de Quintiliano, que serían dados á Quintiliano, ó al heredero de éste, á quien el negocio perteneciere, en las calendas de Noviembre próximas venideras; lo prometió Cándido mi señor; si en el día susodicho no se hubiere satisfecho por tal motivo, para este caso estipuló Julio Zosas que por pagarse después se satisfarían ocho denarios á título de intereses, y lo prometió mi señor Flavio Cándido, y lo suscribió también mi señor»; respondi: por medio de una persona libre, que ni está sujeta á nuestra potestad, ni de buena fe nos presta servidumbre, no podemos adquirir obligación alguna. Pero si un hombre libre diese en nuestro nombre dinero, ó suyo, ó nuestro, para que se nos pagase, se adquiriría para nosotros la obligación del dinero prestado; pero lo que el liberto estipuló que se le diese á su patrono, es inútil, de suerte que ni para el pago aproveche la adición del que estaba ausente, para quien principalmente se adquiriría la obligación. Resta que veamos, si en virtud de la entrega del dinero podrá pedir el dinero prestado el mismo que lo contrató; porque cuando al dar dinero en mútuo estipulamos la misma cantidad, no nacen dos obligaciones, sino una sola verbal. Mas si precediera la entrega del dinero, y siguiera la estipulación, no se ha de decir que hubo apartamiento de la obligación natural. La subsiguiente estipulación, en la cual, sin hacer mención del crédito, estipuló uno los intereses, no padece el mismo vicio; porque no se ha de entender maliciosamente que se considera que estipuló los intereses para el mismo para quien también el capital; y por esto, es válida respecto á la persona del liberto la estipulación de los intereses, y está él obligado á cedérsela al patrono; porque las más de las veces, en las estipulaciones se ha de atender á las palabras, de que nace la obligación; rara vez se ha de entender por lo que apareciere que se trató que á ello es inherente tiempo ó condición, nunca la persona, si no hubiera sido expresada.

§ 3.—Si yo hubiere estipulado que comparezcas, y que si no hubieres comparecido se dé alguna cosa, que es imposible para el que la promete, permanece útil la primera, deducida la segunda estipulación; y esto será lo mismo que si yo hubiese estipulado que comparecieras.

127. SCAEVOLA; Cuestiones, libro V.— Si un pupilo prometiera el esclavo Stico sin la autoridad del tutor, y hubiese dado fiador, pero el esclavo falleciera después de haberse causado mora por el pu-

(1) Hal.; Chrysogonus, el código Fl.  
 (2) Hal. Vulg.; scripsit, el código Fl.  
 (3) meo, omitela Hal.  
 (4) me, Vulg.  
 (5) Zosa, Vulg.  
 (6) Hal.; Quintiliani, el código Fl.  
 (7) Hal.; Quintiliano, el código Fl.  
 (8) Véase la nota 5.

(9) Véase la nota 6.  
 (10) Flavius, insertan Hal. Vulg.  
 (11) Véase la nota 5.  
 (12) Taur.; subscripsisset, el código Fl., Br.; subscripsit-que (omittiendo dominus), Hal.  
 (13) Hal. Vulg.; iure, el código Fl.  
 (14) Véase la página 544., nota 1.

pupilli moram obligatus; nulla enim intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est; esse autem fideiussorem obligatum ad hoc, ut vivo homine conveniatur, vel ex mora sua postea.

**128. PAULUS libro X. Quaestionum.**—Si duo rei stipulandi ita extitissent, ut alter utiliter, alter inutiliter stipularetur, ei, qui non habet promissorem obligatum, non recte solvitur, quia non alterius nomine ei solvitur, sed suae obligationis, quae nulla est. Eadem ratione qui Stichum aut Pamphilum stipulatur, si in unum constiterit obligatio, quia alter stipulatoris erat, etiamsi desierit eius esse, non recte solvitur, quia utraque res ad obligationem ponitur, non ad solutionem.

**129. SCAEVOLA libro XII. Quaestionum.**—Si quis ita stipulatus fuerit: «decem aureos das (1), si navis venit, et Titius Consul factus est?» non alias dabitur, quam si utrumque factum sit. Idem in contrarium: «dare spondes, si nec navis venit, nec Titius Consul factus sit?» exigendum erit, ut neutrum factum sit. Huic similis scriptura est: «si neque navis venit, neque Titius Consul factus est?» At si sic: «dabis, si navis venit, aut Titius Consul factus sit?» sufficit unum factum. Et contra: «dabis, si navis non venit, aut Titius Consul factus non est?» sufficit unum non factum.

**130. PAULUS libro XV. Quaestionum.**—Quod dicitur, patrem filio utiliter stipulari, quasi sibi ille stipularetur, hoc in his verum est, quae iuris sunt, quaeque acquiri patri possunt; alioquin si factum conferatur in personam filii, inutilis erit stipulatio, veluti ut tenere ei, vel ire agere liceat. Contra autem filius etiam, ut ire patri liceat, stipulando acquirit ei; imo et quod in suam personam conferre non potest, hoc patri acquirit.

**131. SCAEVOLA libro XIII. Quaestionum.**—Iulianus scripsit, si, ne (2) per te, neque per heredem tuum Titium fieret, quominus mihi ire liceat, stipuler, non solum Titium teneri, si prohibeat, sed etiam coheredes eius.

§ 1.—Qui fundum sibi aut Titio dari stipulatur, quamvis fundus Titio traditus sit, nihilominus petere fundum potest, ut sibi de evictione promittatur (3); nam interest eius, quia (4) mandati actione fundum recepturus sit a Titio; sed si donationis causa Titium interposuit, dicitur, traditione protinus reum liberari.

**132. PAULUS libro XV. Quaestionum.**—Quidam quum filium alienum susciperet, tradenti promiserat certam pecuniae quantitatem, si eum aliter, quam ut filium observasset; quaero, si postmodum domo eum propulerit, vel moriens nihil ei testamento reliquerit, an stipulatio committatur (5), et quid intersit, utrum filius, an alumnus, vel cogna-

pilo, el fiador no estará obligado ni por la morosidad del pupilo; porque se entiende que no se causa morosidad alguna allí donde no hay ninguna petición; mas el fiador está obligado de modo, que sea demandado viviendo el esclavo, ó después por razón de su propia mora.

**128. PAULO; Cuestiones, libro X.**—Si hubiese dos estipulantes, de suerte que uno estipulara útil, y el otro inútilmente, no se le paga bien al que no tiene obligado el prometedor, porque no se le paga en nombre de la otra, sino en el de su propia obligación, que es nula. Por la misma razón, al que estipula el esclavo Stico ó Pánfilo no se le paga bien, si la obligación fuere válida respecto á uno, porque el otro era del estipulante, aunque hubiere dejado de ser de él; porque ambos son puestos para la obligación, no para el pago.

**129. SCAEVOLA; Cuestiones, libro XII.**—Si alguno hubiere estipulado así: «das diez áureos si ha llegado la nave, y Ticio fué hecho consul?» no se darán de otro modo, sino si hubiera sucedido una y otra cosa. Lo mismo por el contrario: «prometes dar, si ni la nave ha llegado, ni Ticio ha sido hecho consul?» Se habrá de exigir que no haya sucedido ni una ni otra cosa. A ésta es semejante esta fórmula: «si ni llegó la nave, ni Ticio fué hecho consul?» Mas si se dijo así: «darás, si vino la nave, ó si Ticio hubiera sido hecho consul?» basta que haya sucedido una sola cosa. Y por el contrario: «darás si la nave no vino, ó si Ticio no fué hecho consul?» basta que no haya sucedido una sola cosa.

**130. PAULO; Cuestiones, libro XV.**—Lo que se dice, que el padre estipula útilmente para el hijo, como si él estipulara para sí, es verdad respecto á las cosas que son de derecho, y que pueden adquirirse para el padre; de otra suerte, si el hecho fue referido á la persona del hijo, será inútil la estipulación, por ejemplo, que le sea licito tener, ó pasar y conducir. Mas por el contrario el hijo, estipulando que al padre le sea licito pasar, adquirirá también para éste; y aun lo que no puede adquirir para su propia persona, lo adquirirá para el padre.

**131. SCAEVOLA; Cuestiones, libro XIII.**—Escribió Juliano, que si yo estipulara que ni por tí, ni por tu heredero Ticio se haría de modo que no me fuese licito pasar, no solamente quedaría obligado Ticio, si lo impidiera, sino también sus coherederos.

§ 1.—El que estipula que á él ó á Ticio se le dé un fundo, aunque el fundo haya sido entregado á Ticio, puede, sin embargo, pedir el fundo, para que se le prometa de evicción; pues le interesa, porque habrá de recibir de Ticio el fundo por la acción de mandato; pero si por causa de donación interpuso la persona de Ticio, se dirá que con la entrega se libra inmediatamente el deudor.

**132. PAULO; Cuestiones, libro XV.**—Uno, al tomar á su cargo al hijo de otro, le había prometido al que se lo entregaba cierta cantidad de dinero, si lo hubiese tratado de otro modo que como á hijo; pregunto, si, habiéndolo echado después de su casa, ó no habiéndote dejado al morir nada por testamento, se incurrirá en la estipulación, y qué diferencia

(1) dabis, Hal. Vulg.

(2) Hal.; neque, el código Fl.

(3) Según corrección del código Fl.; promittetur, la escritura original, Br.

(4) Taur. según la escritura original; qui, la corrección del código Fl., Br.

(5) Hal. Vulg.; committetur, el código Fl.

tus agentis fuerit. Praeterea quaero, si filium suum quis legitime in adoptionem dederit, et ita ut supra scriptum est, stipulatio intercesserit, eumque pater adoptivus exheredaverit vel emancipaverit, an stipulatio committatur. Respondi: stipulatio utilis est in utroque casu; igitur si contra conventionem factum sit, committetur stipulatio. Sed videamus primum, in eo, qui legitime adoptavit, an possit committi, si eum exheredaverit vel emancipaverit; haec enim pater circa filium solet facere, igitur non aliter eum, quam ut filium observavit (1). Ergo exheredatus de inofficioso agat. Quid ergo dicemus, si et meruit exheredari? Emancipatus (2) plane et hoc remedio carebit. Quare sic debuit interponi stipulatio, ut, si eum emancipasset vel exheredasset, certum quid promitteret. Quo tamen casu commissi stipulatione potest quaeri, an exheredato permittendum esset dicere de inofficioso, maxime si patri naturali heres extitisset, et (3) an victo deneganda est ex stipulatu actio? Sed si ei, qui stipulatus est, non debuit denegari victo filio, nec ipsi deneganda erit debita pecuniae executio. In eo autem, qui non adoptavit, quem intellectum habeat haec conceptio: «si eum aliter quam ut filium observasset», non prospicio (4); an et hic exigimus exheredationem vel emancipationem, res in extraneo ineptas? Sed si is, qui legitime adoptavit, nihil facit contra verba stipulationis, quum utitur patri iure, in eo, qui haec non fecit, dicit (5) supervacuo; dici tamen poterit, commissam esse stipulationem.

§ 1. — Filius familias ita stipulatus est: «quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes?» et emancipatus credit; patri non debet fideiussor, quia nec reus ei tenetur.

133. SCARVOLA libro XIII. Quaestionum. — Si sic stipulatus sim: «neque per te, neque per heredem tuum vim fieri spondes?» et egi, quod mihi vim feceris, recte remanere factum heredis in stipulatione; nam et ex ipsius posteriore vi potest committi stipulatio, non enim ad unam vim (6) pertinet. Nam sicut et ipsius, et heredis caput (7), ita ipsius vis (8) vel saepius facta complectitur, ut condemnetur, quanti interest; aut (9) si sic volumus factam esse stipulationem: «neque per te, neque per heredem tuum fieri?» ut ad unam vim primam teneat; si vim fecerit, (10) amplius ex heredis committi non poterit (11); ergo si actum sit (12) quasi ex ipsius vi, tota consumpta sit; quod non est verum.

(1) *Taur.*: observabit, el código Fl., Br.  
 (2) exheredari et emancipari? *Hal. Vulg.*  
 (3) *Hal. Vulg.*, et, omitela el código Fl.  
 (4) perspicio, *Hal. Vulg.*  
 (5) *Taur.* según la escritura original; licet, la corrección del código Fl., Br.  
 (6) tantum, insertan *Hal. Vulg.*  
 (7) *Taur.* según la escritura original; capit, la corrección del código Fl., Br.

haya si fuere hijo, ó alumno, ó cognado del actor. Además pregunto, si, habiendo alguien dado legitimamente en adopción un hijo suyo, y habiendo mediado estipulación, según antes se ha dicho, y habiéndolo desheredado ó emancipado el padre adoptivo, se incurrirá en la estipulación. Respondi: la estipulación es útil en ambos casos; así, pues, si se hubiera obrado contra la convención, tendrá efecto la estipulación. Pero veamos primero respecto al que lo adoptó legitimamente si se podrá incurrir en la estipulación, si lo hubiere desheredado ó emancipado; porque un padre suele hacer estas cosas con su hijo, y por lo tanto no lo trató de otro modo que como á hijo. Luego el desheredado ejercerá la acción de testamento inoficioso. ¿Qué se dirá, pues, si también mereció ser desheredado? Ciertamente que el emancipado carecerá también de este remedio. Por lo cual la estipulación debió ser interpuesta de modo que prometiese alguna cosa cierta, si lo hubiese desheredado ó desheredado. Pero en este caso, si se hubiese incurrido en la estipulación se puede preguntar, ¿se le habrá de permitir acaso al heredero querellarse de inoficioso testamento, principalmente si hubiese quedado siendo heredero de su padre natural, y se le habrá de denegar, siendo vencido, la acción de lo estipulado? Pero si al que estipuló no se le debió denegar, vencido el hijo, tampoco se le habrá de denegar á él la acción para exigir el dinero debido. Mas respecto al que no adoptó, no veo qué sentido tenga esta cláusula: «si lo hubiese tratado de otro modo que como á hijo»; ó también en este caso exigimos la desheredación ó la emancipación, cosas inaplicables tratándose de un extraño? Pero si el que lo adoptó legitimamente no hace nada contra las palabras de la estipulación, cuando usa de un derecho de padre, dice cosa supérflua en cuanto al que no hizo estas cosas; pero se podrá decir, que se incurrió en la estipulación.

§ 1. — Un hijo de familia estipuló así: «mandas que quede sujeto á tu fianza cuanto dinero yo le hubiere prestado á Ticio?» y lo prestó habiendo sido emancipado; el fiador no le deberá al padre, porque ni el deudor le estará á él obligado.

133. SCÉVOLA; *Questiones, libro XIII.* — Si yo hubiera estipulado así: «¿prometes que ni por tí, ni por tu heredero se hará violencia?» y ejercité la acción porque me hiciste violencia, con razón queda comprendido en la estipulación el hecho de el heredero; pues se puede incurrir en la estipulación también por violencia posterior del mismo, porque aquella no se refiere á una sola violencia. Porque así como comprende la personalidad de él mismo, y la del heredero, así también la violencia de él mismo ó la hecha muchas veces, para que sea condenado á cuanto interesa; ó si queremos que la estipulación haya sido hecha así: «¿que ni por tí ni por tu heredero se hará?» de suerte que tenga obligado solamente por la primera violencia; si hubiere hecho la violencia, no se podrá incurrir ya en la estipulación por la del heredero; luego si se hubiera ejercitado la acción como por violencia de él mismo, se habrá extinguido toda la estipulación; lo que no es verdad.

(8) vim — factam, *Hal.*  
 (9) at, *Hal.*  
 (10) primam pertineat si vim fecerit, et amplius, *Hal.*  
 (11) possit, *Hal.*  
 (12) ergo — sit, omitelas *Hal.*

**184. PAULUS libro XV. Responsorum.** — Titia, quae ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio habenti filiam; et tempore matrimonii consenserunt, ut filia Caii Seii filio Titiae (1) desponderetur; et interpositum est instrumentum, et adiecta poena, si quis eorum nuptiis impedimento fuisset; postea Caius Seius constante matrimonio diem suum obiit, et filia eius noluit nubere; quaero, an Caii Seii heredes teneantur ex stipulatione. Respondit, ex stipulatione, quae proponeretur, quum non secundum bonos mores interposita sit, agenti exceptionem doli mali obstituram, quia inhonestum visum est, vinculo poenae matrimonia obstringi, sive futura, sive iam contracta.

§ 1.—Idem respondit: plerumque ea, quae praefationibus convenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur, sic tamen, ut non ex ea repetitione inutilis efficiatur (2) stipulatio.

§ 2.—Idem respondit, quum Septicius literis suis praestitutum se caverit pecuniam et usuras eius semisses, quae apud Sempronium depositae sint, si inter praesentes actum est, intelligendum etiam a parte Lucii Titii praecessisse verba stipulationis.

§ 3.—Idem respondit, quoties pluribus specialiter pactis stipulatio una omnibus subiicitur, quamvis una interrogatio et responsum unum subiiciatur, tamen proinde haberi, ac si singulae species in stipulationem deductae fuissent.

**185. SCAEVOLA libro V. Responsorum.** — Si ita quis promiserit: «decem tibi dabo, qua die petieris, et eorum usuras in dies triginta», quaero, usuras utrum ex die stipulationis, an ex die, qua petita sors fuerit, debeantur. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, ex die stipulationis deberi, nisi aliud actum manifeste probaretur.

§ 1.—Item quaesitum est, quando pecuniam reddere debeo, quum primum petierit? Respondit, verba, quae proponerentur, ex die, quo stipulatio facta esset, initium capere.

§ 2.—Seia cavit Lucio Titio, quod mandante eo hortos emisset, quum pretium omne cum usuris ab eo recepisset, se in eum proprietatem hortorum translaturam; deinde in continenti inter utrumque convenit, ut intra kalendas Apriles primas universam summam mandator numeraret, et hortos acciperet; quaeritur, quum ante kalendas Apriles non omne pretium cum usuris a Lucio Titio Seiae solutum sit, interposito tamen modico tempore reliquum pretium cum usuris Seiae Titius solvere paratus fuerit, neque Seia accipere voluerit (3), et usque in hodiernum per Titium non stet, quominus reliquum solveret, an, si (4) nihilominus Lucius Titius Seiae universam pecuniam solvere paratus sit, ex stipulatu agere possit. Respondit, posse, si non multo post obstulisset, nec mulieris

**184. PAULO; Respuestas, libro XV.** — Ticia, que de otro tenia un hijo, se unió en matrimonio con Cayo Seyo, que tenia una hija; y al tiempo del matrimonio convinieron que se desposaria la hija de Cayo Seyo con el hijo de Ticia; y se interpuso un instrumento, y se añadió una pena, si alguno de ellos hubiese sido impedimento para las nupcias; después, durante el matrimonio, murió Cayo Seyo, y su hija no quiso casarse; pregunto, si los herederos de Cayo Seyo estarán obligados en virtud de la estipulación. Respondió, que al que ejercita la acción en virtud de la estipulación, que se exponía, como quiera que no habria sido interpuesta conforme á las buenas costumbres, le habrá de obstar la excepción de dolo malo, porque se consideró deshonesto que los matrimonios, ó futuros, ó ya contráidos, fuesen ligados con el vínculo de una pena.

§ 1.—El mismo respondió; de ordinario lo que en los preliminares se decía que se convino se cree que se repitió también, pero de suerte que en virtud de esta repetición no se haga inútil la estipulación.

§ 2.—El mismo respondió, que habiendo dado Septicio caución en carta suya de que él pagará cierta cantidad y los intereses de ella al medio por ciento mensual, que estaban depositados en poder de Sempronio, si esto se trató entre presentes, se ha de entender que también por parte de Lucio Ticio precedieron las palabras de la estipulación.

§ 3.—El mismo respondió, que siempre que habiéndose pactado especialmente muchas cosas se añade á todas ellas una sola estipulación, aunque no se agregue más que una sola pregunta y una sola respuesta, el caso ha de ser considerado lo mismo que si cada especie hubiese sido comprendida en la estipulación.

**185. SCAEVOLA; Respuestas, libro V.** — Si alguno hubiere prometido así: «te daré diez el día en que los pidieres, y sus intereses dentro de treinta días», pregunto, si se deberán los intereses desde el día de la estipulación ó desde el día en que se hubiere pedido el capital. Respondió, que, según lo que se exponía, se debían desde el día de la estipulación, á no ser que evidentemente se probase que se trató otra cosa.

§ 1.—Asimismo se preguntó, ¿deberé devolver el dinero tan pronto como lo hubiere pedido? Respondió, que las palabras que se exponían daban origen á la obligación desde el día en que se hubiese hecho la estipulación.

§ 2.—Seia le dió caución á Lucio Ticio, habiendo por mandato de él comprado unos huertos, de que ella le transferiria á él la propiedad de los huertos, cuando hubiese recibido de él todo el precio con los intereses; inmediatamente después se convino entre ambos que dentro de las primeras kalendas de Abril entregaria el mandante toda la suma, y recibiria los huertos; se pregunta, si, no habiéndosele pagado á Seia por Lucio Ticio todo el precio con los intereses antes de las kalendas de Abril, pero habiendo estado dispuesto Ticio, transcurrido poco tiempo, á pagarle á Seia lo restante del precio con los intereses, y no habiéndolo querido recibir Seia, y no consistiendo hasta hoy en Ticio no pagar el resto, podria, si, no obstante, estuviera dispuesto Lucio Ticio á pagarle á Seia todo el dinero,

(1) *Titii, Hal.*

(2) *Hal. Vulg.; efficietur, el códice Fl.*

(3) *Hal. Vulg.; voluit, el códice Fl.*

(4) *Hal. Vulg.; si, omittela el códice Fl.*

quidquam propter eam moram interesset; quod omne ad iudicis cognitionem remittendum est.

§ 3.—Ea lege donatum sibi esse a Seia servum et traditum, ut ne ad fratrem eius, aut filium, aut uxorem, aut socrum perveniret, scripsit; et haec ita stipulante Seia spondit Titius, qui post biennium heredes reliquit (1) Seiam et fratrem, cui ne serviret, expressum erat; quaeritur, an Seia cum fratre et coherede ex stipulatu agere possit. Respondit, posse (2) in id, quod eius interest.

§ 4.—Filia, quae de inofficioso agere instituit et transegit, postea cum heredibus stipulatione interposita, et subiecta doli clausula, apud praefectum de falso testamento egit, nec probavit; quaero, an ex doli clausula possit conveniri. Respondi, nihil ad eam stipulationem id, quod postea actum proponeretur, pertinere.

136. PAULUS libro V. *Sententiarum*.—Si sub una significatione diversis nominibus ea res, quae in stipulatum deducitur, appellatur, non infirmat obligationem, si alter altero verbo utatur.

§ 1.—Si, qui viam ad fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum partemve eius ante constitutam servitutem alienaverit, evanescit stipulatio.

137. VENULEIUS libro I. *Stipulationum*.—Continuus actus stipulantis et promittentis esse debet, ut tamen aliquod momentum naturae intervenire possit; et comminus (3) responderi stipulanti oportet; ceterum si post interrogationem aliud agere ceperit (4), nihil proderit, quamvis eadem die spondisset.

§ 1.—Si hominem stipulatus sim, et ego de alio sensero, tu de alio, nihil acti erit; nam stipulatio ex utriusque consensu perficitur.

§ 2.—Quum ita stipulatus sum: «Ephesi (5), dari?» inest tempus; quod autem accipi debeat, quaeritur; et magis est, ut totam eam rem ad iudicem, id est ad (6) virum bonum, remittamus (7), qui aestimet, quanto tempore diligens paterfamilias conficere possit, quod facturum se promiserit; ut, qui Ephesi (8) daturum se sponderit, neque diplomate (9), diebus ac noctibus, et omni tempestate contenta iter continuare (10) cogatur, neque tam delicate progredi debeat, ut reprehensione dignus appareat, sed habita ratione temporis, aetatis, sexus, valetudinis, quum id agat, ut mature perveniat, id est eodem tempore, qua plerique eiusdem conditionis homines solent pervenire; eoque transacto, quamvis Romae remanserit, nec possit Ephesi (11) pecuniam dare, nihilominus ei recte condi-

exercitar la acción de lo estipulado. Respondió que podía, si no lo hubiese ofrecido después de mucho tiempo, y no le interesase á la mujer cosa alguna por causa de esta demora; todo lo cual ha de ser remitido al conocimiento del juez.

§ 3.—Ticio escribió que por Seia le había sido donado y entregado un esclavo con la condición de que no fuese á poder del hermano de él, ó de su hijo, ó de su mujer, ó de su suegro; y estipulándolo así Seia lo prometió Ticio, el cual dejó después de dos años como herederos á Seia y á su hermano, respecto al cual se había expresado que no le prestase servidumbre; se pregunta, si podría Seia ejercitar contra su hermano y coheredero la acción de lo estipulado. Respondió, que podía por lo que le interesaba.

§ 4.—Una hija, que intentó ejercitar la acción de inoficioso y que transigió, habiéndose interpuesto después estipulación con los herederos, y habiéndose agregado cláusula de dolo, ejerció ante el Prefecto la acción de falsedad de testamento, y no la probó; pregunto, si podría ser demandada en virtud de la cláusula de dolo. Respondi, que á esta estipulación no pertenecía nada de lo que se exponía que se hizo después.

136. PAULO; *Sentencias, libro V*.—Si la cosa que se comprende en la estipulación es denominada con diversos nombres con una sola significación, no invalida la obligación, si uno usara de una palabra y el otro de otra.

§ 1.—Si el que hubiere estipulado que se le diera la servidumbre de vía para un fundo suyo hubiere enajenado después el fundo ó parte de él antes de constituida la servidumbre, se extingue la estipulación.

137. VENULEYO; *Estipulaciones, libro I*.—El acto del estipulante y del prometedor debe ser continuo, pero de suerte que pueda mediar algún momento natural; y es conveniente que se le responda inmediatamente al estipulante; pero si después de la respuesta hubiere comenzado á tratar de otra cosa, no le aprovechará de nada, aunque hubiese prometido en el mismo día.

§ 1.—Si yo hubiera estipulado un esclavo, y hubiere entendido referirme á uno, y tú á otro, no se habrá hecho nada; porque la estipulación se perfecciona por el consentimiento de ambas partes.

§ 2.—Cuando estipulé así: «¿prometes darme en Efeso?» hay inherente cierto tiempo; pero se pregunta qué tiempo se deberá admitir; y es preferible que todo este negocio lo remitamos al juez, esto es, á un hombre bueno, que estime en cuánto tiempo podría hacer un buen padre de familia lo que uno hubiere prometido que él habría de hacer; de suerte que el que hubiese prometido que daré en Efeso ni sea obligado á continuar su camino con autorización para utilizar la posta, y de día y de noche, y menospreciando todo mal tiempo, ni deba caminar tan lentamente que aparezca digno de reprehensión, sino habida cuenta del tiempo, de la edad, del sexo y de su estado de salud, haciendo por llegar oportunamente, esto es, en el mismo tiempo en que los más de los hombres de su misma condición

(1) Hal.; relinquit, el código Fl.

(2) La corrección del código Fl.; posset, la escritura original, Br.

(3) Taur.; según corrección del código Fl.; cumminus, la escritura original, Br.

(4) Hal. Vulg.; aliquid acceperit, el código Fl.

(5) Hal.; Efesi, el código Fl.

(6) aut por id est ad, Hal.

(7) Hal. Vulg.; remittamus, el código Fl.

(8) Véase la nota 5.

(9) Hal.; diplomate, el código Fl.

(10) Hal. Vulg.; continuari, el código Fl.

(11) Véase la nota 5.

cetur, vel quia per ipsum steterit, quominus Ephesi (1) daret, vel quoniam per alium Ephesi (2) possit dari, vel quia ubique potest solvere; nam et quod in diem debetur, ante solvi potest, licet peti non potest. Quodsi diplomate (3) usus aut felici navigatione maturius, quam quisque pervenerit Ephesum (4), confestim obligatus est, quia in eo, quod tempore atque facto finitum est, nullus est coniecturae locus.

§ 3.—Item qui insulam fieri spondit, non utique conquisitis undique fabris, et plurimis operis adhibitis festinare debet, nec rursus utroque (5) aut altero contentus esse, sed modus adhibendus est secundum rationem diligentis aedificatoris, et temporum locorumque; item si non inchoetur opus, id tantum aestimetur, quod in illo intervallo effici potuit, transactoque tempore, quo insulam consummare oportuerit, si postea aedificetur, liberetur reus, sicut liberatur, qui se daturum spondit, si quandoque tradit.

§ 4.—Illud inspiciendum est, an, qui centum dari promisit, confestim teneatur, an vero cesset obligatio, donec pecuniam conferre possit. Quid ergo, si neque domi habet, neque inveniat creditorem? Sed haec recedunt ab impedimento naturali, et respiciunt ad facultatem dandi. Est autem facultas personae commodum incommodumque, non rerum, quae promittuntur; et alioquin, si quis Stichum dari sponderit, quaeremus, ubi sit Stichus, ut sic (6) non multum referre videatur, Ephesi (7) daturum se, an quod Ephesi (8) sit, quum ipse Romae sit, dare spondeat; nam hoc quoque ad facultatem dandi pertinet, quia in pecunia et in Stichus illud commune est, quod promissor in praesentia dare non potest. Et generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris, non ad impedimentum stipulatoris pertinet, ne incipiat dici, eum quoque dare non posse, qui alienum servum, quem dominus non vendat, dare promiserit.

§ 5.—Si ab eo stipulatus sim, qui efficere non possit, quum alii (9) possibile sit, iure factam obligationem Sabinus scribit.

§ 6.—Quum quis sub hac conditione stipulatus sit, si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut basilicam, et huiusmodi res, quae publicis usibus in perpetuum relictae sint, ubi omnino conditio iure impleri non potest, vel id facere ei non liceat, nullius momenti fore stipulationem, proinde ac si ea conditio, quae natura impossibilis est, inserta esset; nec ad rem pertinet, quod ius mutari potest, et id, quod nunc impossibile est, postea possibile fieri; non enim secundum futuri temporis ius, sed secundum praesentis aestimari debet stipulatio.

§ 7.—Si, ut aliquid fiat, stipulemur, et usitatus,

suelen llegar; y transcurrido éste, aunque hubiere permanecido en Roma, y no pueda dar el dinero en Efeso, se le reclamará, sin embargo, con derecho por la condición, ya porque en él haya consistido no dar en Efeso, ya porque por medio de otro se pudiera dar en Efeso; ó ya porque puede pagar en cualquier parte; porque también lo que se debe á término se puede pagar antes, aunque no puede ser reclamado. Pero si habiendo utilizado autorización para servirse de la posta ó por feliz navegación hubiere llegado á Efeso antes que otro cualquiera, se obligó inmediatamente, porque no ha lugar alguno á conjetura respecto á lo que quedó terminado por el tiempo y de hecho.

§ 3.—Asimismo el que prometió hacer una casa no debe ciertamente apresurarse reuniendo de cualquier parte los operarios y haciendo muchos trabajos, ni tampoco se ha de contentar con uno que otro, sino que se ha de guardar moderación conforme á la manera de un constructor diligente, y según las circunstancias del tiempo y de lugar; igualmente, si no se empezase la obra, se estima solamente lo que en aquel intervalo se pudo hacer, y transcurrido el tiempo, en que se hubiere debido terminar la casa, si después fuese edificada, se liberará el obligado, así como se libra el que prometió que él daría, si en algún tiempo dió.

§ 4.—Se ha de ver si el que prometió dar ciento se obligará inmediatamente, ó si dejará de haber obligación hasta que pueda entregar el dinero. Luego ¿qué se dirá si ni lo tiene en su casa, ni encuentra al acreedor? Mas estas cosas se apartan del impedimento natural, y se refieren á la facultad de dar. Mas la facultad es conveniencia ó inconveniencia de la persona, no de las cosas que se prometen; y de otra suerte, si alguno hubiere prometido dar el esclavo Stichus, preguntaremos dónde está Stichus, de modo que así no parezca que importa mucho que él lo haya de dar en Efeso, ó que prometa dar lo que se halle en Efeso, estando él mismo en Roma; pues esto se refiere también á la facultad de dar, porque tanto respecto al dinero como á Stichus hay esto de común, que el prometedor no puede dar de presente. Y en general, la causa de la dificultad se refiere á incomodidad del que promete, no á impedimento del estipulante, de suerte que no se comience á decir que tampoco puede dar el que hubiere prometido un esclavo ajeno, que su dueño no vendiera.

§ 5.—Si yo hubiera estipulado de uno que no pudiera hacer, siéndole posible á otro, escribe Sabinus que la obligación se hizo con arreglo á derecho.

§ 6.—Cuando alguno hubiera estipulado bajo esta condición, si Ticio hubiere vendido una cosa sagrada, ó religiosa, ó un foro, ó una basilica, y cosas de tal naturaleza que hayan sido dejadas á perpetuidad para los usos públicos, como de ningún modo se puede cumplir en derecho la condición, ó á él no le es lícito hacer esto, la estipulación habrá de ser de ningún valor, lo mismo que si se hubiese puesto una condición, que por naturaleza es imposible; y no importa al caso que se puede cambiar la condición de derecho, y hacer después posible lo que ahora es imposible; porque la estipulación debe ser estimada no según el derecho del tiempo futuro, sino conforme al del presente.

§ 7.—Si estipuláramos que se haga alguna cosa,

(1) Véase la nota 5., página 557.  
 (2) Véase la nota 5., página 557.  
 (3) Véase la nota 9., página 557.  
 (4) Véase la nota 5., página 557.  
 (5) uno por utroque, *Vulg.*

(6) *Hal. Vulg.*; aut si, *el código Fl.*  
 (7) Véase la nota 5., página 557.  
 (8) Véase la nota 5., página 557.  
 (9) *Hal.*; alio, *el código Fl.*

et elegantius esse Labeo ait, sic subiici poenam: «si ita factum non erit»; at quum quid ne fiat, stipulemur, tunc hoc modo: «si adversus ea factum erit»; et quum alia fieri, alia non fieri, coniuncte stipulemur, sic comprehendendum: «si non feceris; si quid adversus ea feceris».

§ 8.—Praeterea sciendum est, quod dari stipulemur, non posse per (1) nos uni ex heredibus acquiri, sed necesse esse omnibus acquiri; at quum quid fieri stipulemur, etiam unius personam recte comprehendendi.

138. IDEM libro IV. *Stipulationum*. — Eum, qui certarum nundinarum diebus dari stipuletur, primo die petere posse Sabinus ait; Proculus autem et ceteri diversae scholae auctores, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarum spatio superesset, peti (2) posse existimant; sed ego cum Proculo sentio.

§ 1.—Quum pure stipulatus sum, illud aut illud dari, licebit tibi, quoties voles, mutare voluntatem in eo, quod praestiturus sis, quia diversa causa est voluntatis expressae, et eius, quae inest.

139. IDEM libro VI. *Stipulationum*. — Quum ex causa duplae stipulationis aliquid intendimus, venditoris heredes in solidum omnes conveniendi sunt, omnesque debent subsistere; et quolibet eorum defugiente ceteris subsistere nihil prodest, quia in solidum defendenda est venditio, cuius indivisa natura est; sed quum uno defugiente omnes defugisse videantur, ideoque omnes teneantur, unicuique pro parte hereditaria praestatio incumbit.

140. PAULUS libro III. *ad Neratium*. — Pluribus rebus praepositis ita stipulatio facta est: «ea omnia, quae suprascripta sunt, dari?» proprius (3) est, ut tot stipulationes, quot res sint.

§ 1.—De hac stipulatione: «annua, bima, trima die id argentum quaque die dari?» apud veteres varium fuit. Paulus: sed verius, et hic tres esse trium summarum stipulationes.

§ 2.—Etsi placeat extinguere obligationem, si in eum casum inciderit, a quo incipere non potest, non tamen hoc in omnibus verum est; ecce stipulari viam, iter, actum ad fundum communem socius non potest; et tamen si is, qui stipulatus fuerat, duos heredes reliquerit, non extinguitur stipulatio; et per partem dominorum servitus acquiri non potest, acquisita tamen conservatur et per partem domini; hoc evenit, si pars praedii servientis, vel cui servitur, alterius domini esse coeperit.

141. GAIUS libro II. *de Verborum obligationibus*. — Si servus aut filiusfamilias ita stipulatus sit: «illam rem aut illam, utrum (4) ego velim?» non

dice Labeo, que es más común y más discreto que se añade de este modo la pena: «si así no se hubiere hecho»; mas cuando estipulemos que no se haga algo, entonces de este modo: «si contra esto se hubiere hecho»; y cuando conjuntamente estipulemos que se hagan unas cosas, y no se hagan otras, se habrá de expresar así: «si no las hubieres hecho; si hubieres hecho algo en contra de esto».

§ 8.—Además se ha de saber, que lo que estipulamos que se dé no se puede adquirir por nosotros para uno solo de los herederos, sino que es necesario que sea adquirido para todos; mas cuando estipulamos que se haga alguna cosa se comprende también válidamente la persona de uno solo.

138. EL MISMO; *Estipulaciones, libro IV*. — Dice Sabino, que el que estipula que se le dé en los días de cierta feria, puede reclamarlo en el primer día; pero Próculo y los demás autores de la escuela contraria estiman, que no se puede pedir mientras quede aunque sea un corto tiempo de la duración de la feria; y yo opino como Próculo.

§ 1.—Cuando estipulé puramente que se dé esto ó aquello, te será lícito, cuantas veces quieras, cambiar de voluntad respecto á lo que hayas de dar, porque es diversa la causa de la voluntad expresada, y la de la que es inherente.

139. EL MISMO; *Estipulaciones, libro VI*. — Cuando demandamos alguna cosa por causa de la estipulación del duplo, han de ser citados á juicio por la totalidad todos los herederos del vendedor, y todos deben comparecer; y faltando cualquiera de ellos en nada les aprovecha á los demás comparecer, porque ha de ser defendida solidariamente la venta, que por su naturaleza es indivisible; pero cuando por faltar uno se considera que faltaron todos, y están por ello todos obligados, le incumbe á cada uno la prestación con arreglo á su parte de herencia.

140. PAULO; *Comentarios á Neracio, libro III*. — Habiéndose expuesto antes muchas cosas, se hizo así la estipulación: «¿prometes dar todas las cosas arriba descritas?» Es más cierto que hay tantas estipulaciones como cosas.

§ 1.—Respecto á esta estipulación: «¿prometes dar este dinero en cada día del primero, del segundo y del tercer año?» hubo diversidad entre los antiguos. Y dice Paulo: pero es más verdadero que también aquí hay tres estipulaciones de tres sumas.

§ 2.—Aunque esté determinado que se extinga la obligación, si llegare á un caso en el que no puede comenzar, esto no es, sin embargo, verdad en todas las cosas; en efecto, el condueño no puede estipular las servidumbres de vía, de paso, ó conducción, para un fundo común; y, sin embargo, si el que las había estipulado hubiere dejado dos herederos, no se extingue la estipulación; y una servidumbre no puede ser adquirida por parte de los dueños, pero, adquirida, se conserva aun por parte de un dueño; esto acontece, si parte del predio sirviente, ó de aquel al cual se le presta la servidumbre, hubiere comenzado á ser del otro dueño.

141. GAYO; *De las obligaciones verbales, libro II*. — Si un esclavo ó un hijo de familia hubiera estipulado así: «¿esta ó aquella cosa, según yo quiera?»

(1) Hal. Vulg.; per, omitela el código Fl.

(2) non, insertan Hal. Vulg.

(3) Taur. según el código Fl., en el que se lee proprius, Br.

(4) Taur. según la escritura original; utram, la corrección del código Fl., Br.

pater dominusve, sed filius servusve destinare de alterutra debet.

§ 1.—Extranei quoque persona si comprehensa fuerit, velui hoc modo: «utram earum Titius elegerit», non aliter stipulator alterutrius petendae facultatem habet, quam si Titius elegerit.

§ 2.—Pupillus licet, ex quo fari coeperit, recte stipulari potest, tamen si in parentis potestate est, ne auctore quidem patre obligatur; pubes vero, qui in potestate est, proinde, ac si paterfamilias, obligari solet. Quod autem in pupillo dicimus, idem et in filiafamilias (1) impubere dicendum est.

§ 3.—Si ita fuero stipulatus: «mihi aut Titio», et tu mihi daturum te spondeas, secundum omnium opinionem ad interrogatum te respondere, quia constat, mihi soli acquiri obligationem; Titio autem duntaxat recte solvitur.

§ 4.—Si inter eos, qui Romae sunt, talis fiat stipulatio: «hodie Carthagine dare spondeas?» quidam putant, non semper videri impossibilem causam stipulationi contineri, quia possit contingere, ut tam stipulator, quam promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit, in eum diem futuram stipulationem, ac demandasset promissor quidem suo dispensatori, ut daret, stipulator autem suo, ut acciperet; quodsi ita factum fuerit, poterit valere stipulatio.

§ 5.—Quum mihi, aut Titio stipulor (2), dicitur, aliam quidem rem in personam meam, aliam in Titii designari non posse, veluti mihi decem, aut Titio hominem; si vero Titio ea res soluta sit, quae in eius persona designata fuerit, licet ipso iure non liberetur promissor, per exceptionem tamen defendi possit.

§ 6.—Tempora vero diversa designari posse, veluti: «mihi kalendis Ianuariis, aut Titio kalendis Februariis». Imo etiam ceteriore diem in Titii personam conferri posse, veluti: «mihi kalendis Februariis, Titio kalendis Ianuariis». Quo casu talem esse stipulationem intelligemus: «si Titio kalendis Ianuariis non dederis, mihi kalendis Februariis dare spondeas?»

§ 7.—Sed rursus mihi quidem pure, aut Titio sub conditione stipulari possum. Contra vero, si mihi sub conditione, aut Titio pure, inutilis erit tota stipulatio, nisi in meam personam conditio extiterit, scilicet quia nisi, quod ad me, vim acceperit obligatio, adiectio nihil potest valere. Hoc tamen ita demum tractari potest, si evidenter apparet pure Titii persona adiecta; alioquin quum ita stipulor: «si navis ex Africa venerit, mihi aut Titio dari spondeas?» Titii quoque persona sub eadem conditione adici videtur.

§ 8.—Ex hoc apparet, si diversa conditio in meam personam, diversa in Titii posita sit, nec in meam personam extiterit conditio, totam stipulationem nullius momenti futuram; extante vero mea condi-

no el padre, ó el señor, sino el hijo ó el esclavo debe determinar respecto de la una ó de la otra.

§ 1.—También si se hubiere expresado la persona de un extraño, por ejemplo, de este modo: «de las dos la que hubiere elegido Ticio», el estipulante no tiene la facultad de pedir la una ó la otra de otra suerte, sino si Ticio hubiere elegido.

§ 2.—Aunque el pupilo puede estipular válidamente desde que hubiere comenzado á hablar, sin embargo, si estuviera bajo la potestad de su ascendiente, no se obliga ciertamente ni aun con la autoridad del padre; mas el púbero, que está bajo potestad, se suele obligar lo mismo que si fuera padre de familia. Mas lo mismo que decimos respecto al pupilo se ha de decir también en cuanto á la hija de familia impúbera.

§ 3.—Si yo hubiere estipulado así: «á mi ó á Ticio», y tú prometieras que me darás á mí, respondes, según la opinión de todos, á lo que se interrogó, porque es sabido que se adquiere para mí solo la obligación; pero se le paga bien solamente á Ticio.

§ 4.—Si entre los que están en Roma se hiciera esta estipulación: «¿prometes dar hoy en Cartago?» opinan algunos, que no siempre se considera que se contiene una causa imposible en la estipulación, porque podría acontecer que tanto el estipulante, como el prometedor, hubieren hecho saber cada uno á su propio administrador, antes de algún tiempo, que para aquel día se habria de hacer la estipulación, y que el prometedor le hubiese ciertamente mandado á su administrador, que diese, y el estipulante al suyo, que recibiera; y si así se hubiere hecho podrá ser válida la estipulación.

§ 5.—Cuando estipulo para mí, ó para Ticio, se dice que no se puede ciertamente designar una cosa para mi persona, y otra para la de Ticio, por ejemplo, diez para mí ó un esclavo para Ticio; pero si á Ticio le hubiera sido entregada la cosa, que se hubiere designado respecto á su persona, aunque de derecho no se libre el prometedor, sin embargo se podrá defender mediante excepción.

§ 6.—Mas se pueden designar tiempos diversos, por ejemplo: «á mi en las calendas de Enero, ó á Ticio en las calendas de Febrero». Y aun también se puede consignar un término más breve respecto á la persona de Ticio, por ejemplo: «á mi en las calendas de Febrero, á Ticio en las calendas de Enero». En cuyo caso entenderemos que la estipulación es esta: «¿si no le hubieres dado á Ticio en las calendas de Enero, prometes darme á mí en las calendas de Febrero?»

§ 7.—Pero á su vez puedo estipular para mí puramente, ó para Ticio bajo condición. Mas por el contrario, si para mí bajo condición, ó para Ticio puramente, será inútil toda la estipulación, á no ser que respecto á mi persona se hubiere cumplido la condición, á saber, porque si la obligación no hubiere adquirido fuerza en cuanto á mí, para nada puede ser válida la adición. Mas esto se puede determinar así, solamente si con evidencia aparece que fué agregada puramente la persona de Ticio; de otra suerte, cuando estipulo así: «prometes darme á mí, ó á Ticio, si la nave no hubiere llegado de Africa?» se considera que también la persona de Ticio es agregada bajo la misma condición.

§ 8.—De esto aparece, que si se hubiera puesto una condición respecto á mi persona, y otra diversa en cuanto á la de Ticio, y la condición no se hubiere cumplido respecto á mi persona, habrá de

(1) filiofamilias, *Vulg.*

(2) dari, *insertan Hal. Vulg.*

tione, si quidem Titii quoque conditio extiterit, poterit vel Titio (1) solvi; si vero in illius persona defecerit, quasi non adiectus habebitur.

§ 9.—Ex his omnibus apparet, licet alterius persona non recte adiciatur, non ideo minus in nostra persona utiliter procedere stipulationem.

## TIT. II

DE DUOBUS REIS CONSTITUENDIS (2)  
[Cf. Cod. VIII. 40. (39.)]

1. **MODESTINUS libro II. Regularum.**—Qui stipulatur, reus stipulandi dicitur, qui promittit, reus promittendi habetur.

2. **JAVOLENUS libro III. ex Plautio.**—Quum duo eandem pecuniam aut promiserint, aut stipulati sunt, ipso iure et singulis in solidum debetur (3), et singuli debent; ideoque petitione, acceptilatione unius tota solvitur obligatio.

3. **ULPIANUS libro XLVII. ad Sabinum.**—In duobus reis promittendi frustra timetur novatio; nam licet ante prior responderit, posterior etsi ex intervallo accipiat (4), consequens est dicere, pristinam obligationem durare, et sequentem accedere; et parvi refert, simul spondeant, an separatim promittant, quum hoc actum inter eos sit, ut duo rei constituantur, neque ulla novatio fiat (5).

§ 1.—Ubi duo rei facti sunt, potest vel ab uno eorum solidum peti, hoc est enim duorum reorum, ut unusquisque eorum in solidum sit obligatus positque ab alterutro (6) peti; et partes autem a singulis peti posse, nequaquam dubium est, quemadmodum et a reo, et fideiussore petere possumus; utique enim, quum una sit obligatio, una et summa est, ut, sive unus solvat, omnes liberentur (7), sive (8) solvatur ab altero, liberatio contingat.

4. **POMPONIUS libro XXIV. ad Sabinum.**—Duo rei promittendi, sive ita interrogati: «spondetis?» respondeant: «spondeo», aut: «spondemus», sive ita interrogati: «spondes?» respondissent: «spondemus», recte obligantur.

5. **IULIANUS libro XXII. Digestorum.**—Nemo est, qui nesciat, alienas operas promitti posse, et fideiussorem adhiberi in ea obligatione; et ideo nihil prohibet, duos reos stipulandi constitui, vel promittendi, sicuti si ab eodem fabro duo rei stipulandi easdem operas stipulentur; et ex contrario duo fabri eiusdem peritiae easdem operas promittere intelliguntur, et duo rei promittendi fieri.

6. **IDEM libro LII. Digestorum.**—Duos reos promittendi facturum si utrumque interrogavero, sed

ser de ningún valor toda la estipulación; pero cumpliéndose mi condición, si verdaderamente se cumpliere también la condición de Ticio, se podrá pagar aun á Ticio; pero si hubiere faltado en cuanto á la persona de éste, éste se tendrá como no agregado.

§ 9.—Resulta de todo esto, que aunque no sea convenientemente agregada la persona de otro, no por esto procede menos útilmente la estipulación en cuanto á nuestra persona.

## TITULO II

DE LA CONSTITUCIÓN DE DOS OBLIGADOS  
[Véase Cód. VIII. 40. (39.)]

1. **MODESTINO; Reglas, libro II.**—El que estipula es llamado reo de estipular, y el que promete es considerado reo de prometer.

2. **JAVOLENO; Doctrina de Plautio, libro III.**—Cuando dos hubieren prometido, ó estipulado, la misma cantidad, de derecho es debida solidariamente á cada uno, y la debe cada uno; y por lo tanto, con la demanda y la aceptación de uno solo se disuelve toda la obligación.

3. **ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XLVII.**—Tratándose de dos reos de prometer en vano se teme la novación; porque aunque el primero hubiere respondido antes, y el segundo sea admitido después de algún intervalo, es consiguiente decir, que subsiste la primera obligación, y que se agrega la segunda; y poco importa que prometan junta ó separadamente, con tal que entre ellos se haya hecho que se constituyan dos reos, y no se haga novación alguna.

§ 1.—Cuando se constituyeron dos obligados, aun á uno de ellos se puede pedir la totalidad, porque es propio de dos obligados que cada uno de ellos esté obligado á la totalidad y que se le pueda pedir al uno ó al otro; y de ninguna manera es dudoso que á cada uno de ellos se le puede pedir su parte, así como podemos pedirle al deudor, y al fiador; porque ciertamente siendo una la obligación, es también una la suma, de suerte que si uno pagara se libren todos, y si se pagara por otro, tenga lugar la liberación.

4. **POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.**—Dos reos de prometer se obligan válidamente, ya si interrogados así: «prometéis?» respondieran: «prometo», ó «prometemos», ya si interrogados de este modo: «prometes?» hubiesen respondido: «prometemos».

5. **JULIANO; Digesto, libro XXII.**—Nadie hay que no sepa que se pueden prometer trabajos ajenos, y dar fiador en esta obligación; y por esto nada impide que se constituyan dos reos de estipular, ó de prometer, como si de un mismo operario dos reos de estipular estipularan los mismos trabajos; y por el contrario, se entiende que dos operarios del mismo oficio prometen los mismos trabajos, y que los dos se constituyen reos de prometer.

6. **EL MISMO; Digesto, libro LII.**—Si habiendo yo de constituir dos reos de prometer hubiere interro-

(1) vel mihi, inserta Vulg.  
(2) STIPULANDI ET PROMITTENDI, POR CONSTITUENDIS, Vulg.  
(3) Hal. Vulg.; singuli—debentur, et códice Fl.  
(4) concepiatur, Vulg.

(5) Hal. Vulg.; fiet, et códice Fl.  
(6) solidum, insertan Hal. Vulg.  
(7) Hal. Vulg.; liberantur, et códice Fl.  
(8) unum, inserta Vulg.

alter duntaxat responderit, verius puto, eum, qui responderit, obligari; neque enim sub conditione interrogatio in utriusque persona fit, ut ita demum obligetur, si alter quoque responderit.

§ 1.—Duobus autem reis constitutis, quin liberum sit stipulatori, vel ab utroque, vel ab altero duntaxat fideiussorem accipere, non dubito.

§ 2.—Sed si a duobus reis stipulandi interrogatus respondisset, uni se spondere, ei soli tenetur.

§ 3.—Duo rei sine dubio ita constitui possunt, ut et temporis ratio habeatur, intra quod uterque respondeat. Modicum tamen intervallum temporis, item modicus actus, qui modo contrarius obligationi non sit, nihil impedit, quominus duo rei sint (1). Fideiussor quoque interrogatus inter duorum reorum responsa si responderit, potest videri non impedire obligationem reorum, quia nec longum spatium interponitur, nec is actus (2), qui contrarius sit obligationi.

7. FLORENTINUS libro VIII. *Institutionum*.—Ex duobus rei promittendi (3) alius in diem vel sub conditione obligari potest; nec enim impedimento erit dies aut conditio, quominus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

8. ULPIANUS libro I. *Responsorum*.—His verbis: «eaque (4) praestari stipulanti tibi spondimus», interesse, quid inter contrahentes actum sit; nam si duo rei facti sint, eum, qui absens fuit, non teneri, praesentem autem in solidum esse obligatum, aut si minus, in partem fore obstrictum.

9. PAPINIANUS (5) libro XXVII. *Quaestionum*.—Eandem rem apud duos pariter deposui, utriusque fidem in solidum secutus, vel eandem rem duobus similiter (6) commodavi; fiunt duo rei promittendi, quia non tantum verbis stipulationis, sed et ceteris contractibus, veluti emtione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento; utputa si pluribus heredibus institutis testator dixit: «Titius et Maevis Sempronio decem dato».

§ 1.—Sed si quis in deponendo penes duos passcatur, ut ab altero culpa quoque praestaretur, verius est, non esse duos reos, a quibus impar suscepta est obligatio. Non idem probandum est, quum duo quoque culpam promississent, si alteri postea pacto culpa remissa sit, quia posterior conventio, quae in alterius persona intercessit, statum et naturam obligationis, quae duos initio reos fecit, mutare non potest; quare, si socii sint, et communis culpa intercessit, etiam alteri pactum cum altero factum proderit.

§ 2.—Quum duos reos promittendi facerem, et (7) ex diversis locis Capuae pecuniam dari stipulatus sim, ex persona cuiusque ratio proprii temporis habebitur; nam etsi maxime parem causam susci-

gado á ambos, pero solo uno hubiere respondido, opino que es más verdadero que se obliga el que hubiere respondido; porque no se hace bajo condición la pregunta respecto á la persona de uno y de otro, de suerte que solamente se obligue, si también el otro hubiere respondido.

§ 1.—Mas constituidos dos obligados, no dudo que el estipulante sea libre de recibir fiador ó de ambos, ó solamente de uno.

§ 2.—Pero si el interrogado por dos reos de estipular hubiese respondido que él le prometía á uno solo, se obliga á éste solo.

§ 3.—Sin duda se pueden constituir dos obligados, de modo que se tenga también cuenta del tiempo dentro del cual cada uno responda. Pero un corto intervalo de tiempo, y también un breve acto, que no sea contrario á la obligación, en nada impide que haya dos obligados. Si el fiador interrogado hubiere respondido entre las respuestas de los dos reos, se puede considerar que no impide la obligación de los dos reos, porque ni se interpone un largo espacio, ni este es acto que sea contrario á la obligación.

7. FLORENTINO; *Instituta*, libro VIII.—De dos reos de prometer, uno se puede obligar á término ó bajo condición; porque el día ó la condición no será impedimento para que no se pida al que se obligó puramente.

8. ULPIANO; *Respuestas*, libro I.—Importa saber qué se haya tratado entre los contratantes con estas palabras: «y te prometimos al estipular tú darte estas cosas»; porque si se hubieran constituido dos obligados, el que estuvo ausente no queda obligado, pero el que estaba presente se obligó á la totalidad, ó si no se hubieran constituido, habrá de quedar obligado en una parte.

9. PAPINIANO; *Cuestiones*, libro XXVII.—Depositó una misma cosa en poder de dos al mismo tiempo, ateniéndome por la totalidad á la fidelidad de ambos, ó di á dos de igual manera la misma cosa en comodato; los dos se constituyen reos de prometer, no solamente por las palabras de la estipulación, sino también por los demás contratos, como el de compra, venta, locación, conducción, depósito, comodato, y por testamento; por ejemplo, si habiendo instituido varios herederos el testador dijo: «Ticio y Mevio dénde diez á Sempronio».

§ 1.—Pero si alguien al depositar una cosa en poder de dos pactase que por el otro se respondería también de la culpa, es más verdadero que no son dos reos éstos por quienes fué admitida una obligación desigual. No se ha de admitir lo mismo cuando también los dos hubiesen prometido la culpa, si á uno se le hubiera remitido después por pacto la culpa, porque la convención posterior, que se interpuso respecto á la persona de uno, no puede cambiar el estado y la naturaleza de la obligación, que al principio constituyó reos á los dos; por lo cual, si fueran socios, y medió culpa común, le aprovechará también al otro el pacto hecho con uno.

§ 2.—Cuando yo hubiere constituido dos reos de prometer, y hubiera estipulado que de diversos lugares se diera dinero en Capua, se tendrá cuenta de su propio tiempo respecto á la persona de cada

(1) Hal. Vulg.; sunt, et odios Fl.

(2) est, insertan Hal. Vulg.

(3) alius pure, inserta Vulg.

(4) ea quae, Hal. Vulg.

(5) Iulianus, Hal.; Ulpianus, Vulg.

(6) simul, Vulg.

(7) Vulg.; et, omitela et odios Fl.

piunt, nihilominus in cuiusque persona propria singulorum consistit obligatio.

10. *IDEM libro XXXVII. Quaestionum.*—Si duo rei promittendi socii non sint, non proderit alteri, quod stipulator alteri reo pecuniam debet.

11. *IDEM libro XI. Responsorum.*—Reos promittendi vice mutua fideiussores non inutiliter accipi convenit; reus itaque stipulandi actionem suam dividere si velit—neque enim dividere cogendus est—, poterit eundem ut principalem reum, item qui fideiussor pro altero extitit, in partes convenire (1), non secus, ac si duos promittendi reos divis (2) actionibus conveniret.

§ 1.—Quum tabulis esset comprehensum, illum et illum centum aureos stipulatos, neque adiectum, ita ut duo rei stipulandi essent, virilem partem singuli stipulati videbantur.

§ 2.—Et e contrario, quum ita cautum inveniretur: «tot aureos recte dari stipulatus est Iulius Carpus (3); spondimus ego Antoninus Achilleus (4), et Cornelius Dius» (5), partes viriles deberi, quia non fuerat adiectum, singulos in solidum spondisse, ita ut duo rei promittendi fierent.

12. *VENULEIUS libro II. Stipulationum.*—Si ex duobus, qui promissuri sint, hodie alter, alter postera die responderit, Proculus (6), non esse duos reos, ac ne obligatum quidem intelligi eum, qui postera die responderit (7), quum actor ad alia negotia discesserit, vel promissor, licet peractis illis rebus responderit.

§ 1.—Si a Titio et pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuero eadem decem, vel a (8) servo, et quasi duos reos promittendi constitui, obligatum (9) Titium solum Iulianus scribit, quamquam, si servus sponderit, in actione de peculio eadem observari debent, ac si liber fuisset.

13. *IDEM libro III. Stipulationum.*—Si reus promittendi alteri (10) reo heres extiterit, duas obligationes eum sustinere dicendum est; nam ubi quidem altera differentia obligationum esse possit, ut in fideiussore et reo principali, constitit (11), alteram ab altera perimi; quum vero eiusdem duae potestatis sint, non potest reperiri, alteram (12) potius, quam alteram consummari; ideoque etsi reus stipulandi heres extiterit, duas species obligationis eum sustinere.

14. *PAULUS libro II. Manualium.*—Et stipulationum praetoriarum duo rei fieri possunt.

(1) Poterit itaque reus stipulandi actionem suam dividere, si velit; neque enim dividere cogendus est, sed poterit eundem ut principalem convenire reum. Item eum, qui fideiussor pro altero extiterit, in partes convenire potest, non secus, *Vulg.*

(2) *diversis, Hal.*

(3) *Carpus, Hal. Vulg.*

(4) *Antoninus Achilleus, Hal. Vulg.*

(5) *Dius, Hal.*

(6) *Según enmienda; prolatus, considerándola palabra sospechosa, Taur. según el códice Fl.; probatur, Hal.; promitto, Vulg.*

uno; porque aunque principalmente aceptan una causa igual, sin embargo, la obligación de cada uno reside en la propia persona de cada cual.

10. *EL MISMO; Cuestiones, libro XXXVII.*—Si dos reos de prometer no fueran socios, no le aprovechará á uno que el estipulante le deba dinero al otro reo.

11. *EL MISMO; Respuestas, libro XI.*—Se convino que los reos de prometer fueran recíprocamente aceptados no inútilmente como fiadores; y así, el reo de estipular, si quisiera dividir su propia acción,— porque no ha de ser obligado á dividirla—, podrá demandar por partes al mismo como reo principal, y también al que salió fiador por el otro, no de otra suerte que si habiendo dividido las acciones demandase á los dos reos de prometer.

§ 1.—Habíendose consignado en la escritura que éste y aquél estipularon cien áureos, y no habiéndose añadido que fuesen ellos dos reos de estipular, se consideraba que cada uno estipuló una parte viril.

§ 2.—Y por el contrario, cuando se hallase así escrito: «Julio Carpo estipuló válidamente que se dieran tantos áureos; yo, Antonino Aquileo y Cornelio Dio lo prometimos», se deben porciones viriles, porque no se había añadido que cada uno prometió la totalidad, de suerte que se constituyesen dos reos de prometer.

12. *VENULEYO; Estipulaciones, libro II.*—Si de dos que habian de prometer uno hubiere respondido hoy, y otro al siguiente día, dice Próculo que no hay dos obligados, y (que ciertamente no se entiende que está obligado el que hubiere respondido al siguiente día, cuando el actor, ó el promotor, hubiere pasado á ocuparse de otros negocios, aunque hubiere respondido terminados ellos.

§ 1.—Si de Ticio y de un pupilo sin la autoridad del tutor, ó de un esclavo, hubiere yo estipulado los mismos diez, y constitui así como dos reos de prometer, escribe Juliano, que sólo Ticio quedó obligado, aunque, si el esclavo hubiere prometido, se debe observar respecto á la acción de peculio lo mismo que si hubiese sido libre.

13. *EL MISMO; Estipulaciones, libro III.*—Si un reo de prometer hubiere quedado heredero del otro reo, se ha de decir que él soporta las dos obligaciones; porque ciertamente cuando puede haber alguna diferencia en las obligaciones, como tratándose del fiador y del deudor principal, es sabido que la una se extingue por la otra; mas cuando las dos son de la misma fuerza, no se puede decir que la una se extingue más bien que la otra; y por esto aunque el reo de estipular haya quedado siendo heredero, él soporta las dos especies de obligación.

14. *PAULO; Manual, libro II.*—También se pueden constituir dos obligados en las estipulaciones pretorias.

(7) *Vulg.; responderat, el códice Fl.*

(8) *eandem rem, vel a Titio et servo, Vulg.*

(9) *Según corrección del códice Fl.; obligatumque, Taur. según la escritura original, Br.*

(10) *Hal. Vulg.; altero, el códice Fl.*

(11) *constat, acertadamente Hal. Vulg.*

(12) *Los códices citados por Br.; reperiri, qua altera potius, el códice Fl.; quare altera potius, quam altera consumatur, Hal.*

15. **GAIUS libro II. de Verborum obligationibus.**— Si id, quod ego et Titius stipulamur, in singulis personis proprium intelligatur, non poterimus duo rei stipulandi constitui, veluti quum usumfructum, aut dotis nomine dari stipulemur; idque et Iulianus scribit. Idem ait, et si Titius et Seius decem, aut Stichum, qui Titii sit, stipulati fuerint, non videri eos duos reos stipulandi, quum Titio decem tantum, Seio Stichus aut decem debeantur; quae sententia eo pertinet, ut, quamvis vel huic, vel illi decem solverit, vel Seio Stichum, nihilominus alteri obligatus maneat (1); sed dicendum est, ut, si decem alteri (2) solverit, ab altero liberetur.

16. **IDEM libro III. de Verborum obligationibus.**— Ex duobus reis stipulandi si semel unus egerit, alteri promissor offerendo pecuniam nihil agit.

17. **PAULUS libro VIII. ad Plautium.**— Sive a certis personis heredum nominatim legatum esset, sive ab omnibus excepto aliquo, Atilicinus, Sabinius, Cassius pro hereditariis partibus totum eos legatum debituros aiunt, quia hereditas eos obligat; idem est, quum omnes heredes nominantur.

18. **POMPONIUS libro V. ex Plautio.**— Ex duobus reis eiusdem Stichii promittendi factis alterius factum alteri quoque nocet.

19. **IDEM libro XXXVII. (3) ad Quintum Mucium.**— Quum duo eandem pecuniam debent, si unus capitis deminutione exemptus est obligatione, alter non liberatur; multum enim interest, utrum res ipsa solvatur, an persona liberetur; quum persona liberatur manente obligatione, alter durat obligatus, et ideo si aqua et igni interdictum est alicui (4), fideiussor postea ab eo datus tenetur.

## TIT. III

## DE STIPULATIONE SERVORUM

1. **IULIANUS libro LII. Digestorum.**— Quum servus stipuletur, nihil interest, sibi, an domino, an vero sine alterutra eorum adiectione dari stipuletur.

§ 1.—Si servus tuus, qui mihi bona fide serviebat, peculium habuerit, quod ad te pertineat, et ego ex eo pecuniam Titio credidero, numi tui manebunt; stipulando autem mihi servus eandem pecuniam nihil aget; vindicando ergo eam pecuniam tu consequi poteris.

§ 2.—Si servus communis, meus et tuus, ex peculio, quod ad te solum pertinebat, mutua pecuniam dederit, obligationem tibi acquirat; et si eandem mihi nominatim stipulatus fuerit, debitorem a te non liberabit, sed uterque nostrum habebit actionem, ego ex stipulatu, tu quod pecunia tua numerata sit, debitor tamen me doli mali exceptione summovere poterit.

(1) Hal.; manet, el código Fl.

(2) Según corrección del código Fl.; altero, Taur. según la escritura original, Br.

15. **GAYO; De las obligaciones verbales, libro II.**— Si se entendiera que lo que yo y Ticio estipulamos es propio de cada persona, no podremos constituirnos los dos reos de estipular, como por ejemplo, cuando estipulamos el usufructo, ó que se dé á título de dote; y esto escribe también Juliano. El mismo dice, que si Ticio y Seyo hubieren estipulado la suma de diez, ó el esclavo Stico, que era de Ticio, no son considerados ellos dos reos de estipular, puesto que á Ticio se le deberán solamente los diez, y á Seyo el esclavo Stico, ó los diez; cuya opinión tiene por objeto, que, aunque á éste, ó á aquél, le hubiere entregado los diez, ó á Seyo el esclavo Stico, quede, sin embargo, obligado al otro; pero se ha de decir, que si á uno le hubiere pagado los diez, quedará libre por parte del otro.

16. **EL MISMO; De las obligaciones verbales, libro III.**— Una vez que de dos reos de estipular uno hubiere ejercitado la acción, el prometedor no hace nada ofreciendo el dinero al otro.

17. **PAULO; Comentarios á Plaucio, libro VIII.**— Ya si se hubiese hecho un legado determinadamente á cargo de ciertos herederos, ya si al de todos excepto alguno, dicen Atilicino, Sabino y Cassio, que ellos habrán de deber todo el legado con arreglo á su parte en la herencia, porque la herencia los obliga; lo mismo es cuando son nombrados todos los herederos.

18. **POMPONIO; Doctrina de Plaucio, libro V.**— Habiéndose constituido dos reos de prometer el mismo esclavo Stico, el hecho del uno perjudica también al otro.

19. **EL MISMO; Comentarios á Quinto Mucio, libro XXXVII.**— Cuando dos deben la misma cantidad, si el uno se eximió de la obligación por la disminución de cabeza, el otro no queda libre; porque hay mucha diferencia entre que se entregue la misma cosa, ó que quede libre una persona; porque cuando se libra una persona subsistiendo la obligación, continúa obligado el otro, y por esto si á alguno se le puso interdicción del agua y el fuego, queda obligado el fiador dado después por él.

## TITULO III

## DE LA ESTIPULACIÓN DE LOS ESCLAVOS

1. **JULIANO; Digesto, libro LII.**— Cuando estipula un esclavo, nada importa que estipule que se le dé á él, ó á su señor, ó sin expresión del uno ó del otro.

§ 1.—Si un esclavo tuyo, que de buena fe me prestaba servidumbre, tuviere peculio que te pertenezca, y de él le hubiere yo prestado dinero á Ticio, el dinero permanecerá siendo tuyo; mas el esclavo, estipulando para mí el mismo dinero, no hará nada; luego tú podrás conseguir este dinero, reivindicándolo.

§ 2.—Si un esclavo común, mio y tuyo, hubiere dado dinero en mútuo de peculio que á tí solo te pertenecía, adquirirá para tí la obligación; y si expresamente hubiere estipulado la misma para mí, no librará de tí al deudor, sino que cada uno de nosotros tendrá acción, yo en virtud de lo estipulado, tú porque se entregó dinero tuyo, pero el deudor me podrá repeler con la excepción de dolo malo.

(3) VII., considérase añadida por antiguos copistas.

(4) Hal. Vulg.; attentus, el código Fl.

§ 3.—Quod servus meus meo servo dari stipulatur, id perinde haberi debet, ac si mihi stipuletur; item quod tuo servo stipulatur, perinde ac si tibi stipulatus esset, ut altera stipulatio obligationem pariat, altera nullius momenti sit.

§ 4.—Communis servus duorum servorum (1) personam sustinet; idcirco si proprius meus servus communi meo et tuo servo stipulatus fuerit, idem iuris erit in hac conceptione verborum, quod futurum esset, si separatim duae stipulationes conceptae fuissent, altera in personam mei servi, altera in personam tui servi; neque existimare debemus, partem dimidiam tantum mihi acquiri, partem nullius esse momenti, quia persona servi communis eius conditionis est, ut in eo, quod alter (2) ex dominis potest acquirere, alter (3) non potest, perinde habeatur, ac si eius solius esset, cui (4) acquirendi facultatem habeat.

§ 5.—Si fructuarius servus stipulatus esset fructuario, aut proprietario, si quidem ex re fructuarii stipulatus esset, inutilis est stipulatio, quia utriusque ex re fructuarii actionem acquirere (5) potuisset; sed si aliud (6) stipulatus fuisset, proprietarium petere posse; et si promissor fructuario solvisset, liberatur.

